intra termios suos ꝓstituto: sed de invasione principatus dicendū q̄ semp est mala. vñ nemo debet sibi honorē accipe ecclesiasticū: vel ingerere se ad illū: sed suscipe quādo dabit. sic dicit ad hebre. 5. ¶Nemo sibi indifferenter honorē assumat: sz qui vocatus est a deo tanq̄ aaron. de his dicit Criso. vbi. s. primat⁹ fugientē se desiderat ꝺsiderantē se horret. Quersatio ergo melior desiderāda est nō dignior gradus. Volens ergo dñs t duox fratrū zebedei t alioꝝ indignationez extinguere introducit differētiā inter principes mundiales t ecclīasticos ostendēs q̄ principat⁹ in xp̄o neqz ab aliquo apetēdus est nō habēte neqz alteri invidēdus est habenti. qz principes mundi ideo sunt vt ꝺficentur minorib⁹ suis t eos seruituti subiciāt t spolient t vsqz ad mortē eis vtant ad suā vtilitatē t honorez principes aūt ecclesie fiunt vt seruiāt minorib⁹ suis t ministrēt eis quecūqz acceper̄t a xp̄o t vtilitates suas negligāt t illoꝝ p̄curent t mori nō recusent p salute inferioꝝ. Primatū ergo ecclesie ꝓcupiscere neqz iustū est neqz vtile. Quis sapiēs vult se vltro subijcere seruituti et piculo tali vt det rationem pro omni eccl̄ia nisi forte qui nō timet dei iudiciū abutens pmatu suo eccl̄iastico secularit̄ ita vt ꝙuertat illū in secularē. Et tñ licet ingerere te ad principatū ecclesiasticū t petere illū regulariter malū sit nō est sanū dicere q̄ qñcunqz quis petiuerit dignitatē vel honorē ecclesiasticū peccat: qz potest interduz tali modo fieri q̄ mereat: vt si quis videret aliquē principatū impijs ꝓferendū qui eccl̄iam dissiparet t q̄ illū petat ne in manus iniquoꝝ veniat laudabile videt vel saltē nō vitupabile: si hoc solū vel pcipue eū mouet. Desideriū aūt honoris et principatus xp̄s redarguit nō aūt ipm principatū quem iuste
Q°.66. habere pōt qui illū nō cōcupiuit. ¶Querit quare xp̄s dixit et dare animā suā redemptionē. ¶Dicendū q̄ xp̄us instruit platos q̄ nō cupiāt principatū ecclesiasticū sicut ipse nō concupiuit qui nō venit ministrari: sed ministrare et vt ostēdat quō venit ad ministrandū. dicit q̄ venit ad ponendū aīam suam p subditis. et hoc pdest ad duo respectu platoꝝ. Primo instruit eos circa humilitatē. Scōo circa caritatē. Et ita xp̄s p hoc ostendit se imitabilē in duobus. s. ipe in principatu suo maxīe se humiliauit: qz exercuit mūstrationē maxīe abiectiōis. s. mori p subditis. Et maxīe dilexit eos: qz circa eos exhibuit op⁹ sume charitatis. s. p illis mori. ideo nos principatū accipientes nō debemus ex tolli sed humiliari nō apetentes ministrari sed ministrare. de quo origenes increpat nos dicēs de xp̄o. in tantū creuit ministrās vt implere̊t illud. s. daret aīam suaz redemptionē. daret inquā in mortē: sed quomā solus erat inter mortuos liber et fortior omni potestate mortis oēs sequi se volētes liberauit a morte. Ecclesiarū ergo principes imitari debent xp̄m accessibilē: etiā mulieribus loquentē: et pueris manus imponētem et discipulis pedes lauantē vt et ipsi similiter faciant fratribus. Nos aūt tales sumus vt etiā principum mūdi excedere supbiam videamur: vel nō intelligētes et cōtemnētes mandatū xp̄i t querim⁹ sicut reges acies precedentes t terribiles nos t accessu difficiles maxīe paupib⁹ exhibemus nullā affabilitatē habētes vel habere ad nos pmittentes.
Q°.67. ¶Querit quare dicit xp̄s q̄ venerat dare aīam suaz redemptionē p multis: Dōm q̄ sanguis xp̄i effusus fuit sufficiens satisfactio deo pro pctis oīm hominū. et tñ nō ideo cōmunicat omnib⁹ hominibus. qz tūc equalit̄ salvarent̄ boni et mali cū ad oīm redemptionē sufficiat sanguis xp̄i. sed salvantur illi soli quib⁹ cōmunicat vtilitas sanguinis xp̄i. ista autem cōmunicatio fit p̄m cōditionē ab eo datā. s. q̄ q̄ salvari volūt credāt t legē obseruent qui aūt nō crediderint cōdemnabunt̄ zMar. 16. c. Et qz nō oēs credūt euāgelio. ad ¶Ro. 10. c. Non possunt oēs salvari. t ita sanguis xp̄i nō pdest oībus. Siergo accipiat̄ sanguis xp̄i sufficiēter est p redemptiōe omnium qz si oēs vellēt credere oēs possent salvari t salvarent̄ sed efficienter nō est fusus sanguis xp̄i p oībus: qz nō omnib⁹ pdest cū damnatis nō p̄sit. Et ita xp̄s loquit cōmuniter. vt. J. 6. et zMar. 14. t. s. hic est calix sanguis mei q̄ p multis effundetur in remissionē pctoꝝ. sic dicit beda. s. nō aūt dixit aīam suā dare redemptionē p oībus sed p multis. i. p his q̄ credere voluer̄t. t ita xp̄s dixit Jo. 17. c. p his rogo t nō p mūdo. nō tm̄ p his sed t p eis q̄ creditur̄i sunt p ꝟbū eoꝝ in me. sed manifestū est q̄ oratio xp̄i toti mūdo pdesse poterat. sz nolebat ipe q̄ pdesset nisi eis qui in eū credere vellent. Cū aūt objicitur q̄ si nō esset fusus sanguis xp̄i p oībus q̄ essent aliqui q̄ non possent salvari. ¶Dicendū q̄ si determinate xp̄us voluisset q̄ sanguis suus pdesset quibusdam t nō alijs nō possent illi salvari pro quibus nō esset fusus. Et tm̄ sanguis xp̄i p omnibus fusus est inq̄tum p oīm redemptiōe sufficit. Et tm̄ qua ita est q̄ nō oēs pticipabūt fructu illi⁹ sanguinis qz nollēt: dicitur q̄ nō est fusus p oībus. i. ad oīm vtilitatē actu p̄ficiens. Et hoc est qō cōmuniter dicit. s. q̄ sanguis xp̄i dat⁹ est p omnib⁹ sufficienter sed nō efficiēter. Aliter pōt dici q̄ xp̄s determinate fudit sanguinē suū p quibusdā t nō p omnibus. Nō quidē quasi essent aliqui p quib⁹ nollet sanguinē suū fundere sed qz ipe sciebat aliquos qui ad eū non ptinebāt neqz ptinere volebāt qui vānandi erant. t p his nō fudit sanguinē: t quia tamē isti libertatē habētes cōuerti poterāt quādiu viuebant si cōuerti vellent pdesset eis sanguis xp̄i. ⌊Et egredientibus ⌋ hic ponit quartū qō debet esse in platis. s. pietatis dulcor ad ꝓtinue benefaciendū subditis tā in domo quā in via q̄ vbicū qz alibi benefacere nō cessabat: docēdo t curando infirmos. ⌊Et egredientib⁹ illis a iericho ⌋. s. xp̄o t discipl̄is suis de qb⁹ supra dictū fuerat egredientib⁹ de vrbe ierico p quā transiuerant ad hoc q̄ ascenderet in ierusalē. ⌊Secuta est eū ⌋. i. xp̄z ⌊Turba multa ⌋. sicut sepe solebat sequi: quia de ciuitatibus ad eum plurimi cōgregabant̄ vt patet. s. 13. et Lu. 8. t Jo. 6. ⌊Et ecce duo ceci ⌋. de istis dicit q̄ isti petiuerunt sanari et sanati sunt. ⌊Sedētes secus viā ⌋. i. iuxta viā sec⁹ aliqñ significat aliter aliqñ iuxta vt hic: t ps. 1. Erit tanq̄ lignū qō plātatū est secus decursus aquaꝝ multaꝝ. i. iuxta aquas. ⌊Audierunt ⌋. s. a turba transeūte. est sensus q̄ cuz iret multa turba cū xp̄o. multi pcedebāt eū: t multi sequebant̄: t ceci audiētes sonitū multoꝝ transeuntiū quesierūt quis erat ille qui transibat. t dictū est eis q̄ ihesus trāsiret: t ita audierūt. ⌊Quia ihesus trāsiret ⌋. s. p viā de ierico in ierusalē. ⌊Et clamauerūt ⌋. vt audiret eos. ⌊Dicētes miserere nr̄i ⌋. i. fac misericordiam nobiscū. ista misericordia est q̄ illuminaret occl̄os eoꝝ qz miseros se reputabāt: qui inter boēs existētes lumē celi nō videbāt. sicut dixit thobias. quale michi erit gaudiū qui ī tenebr̄z sedeo t lumē celi non video. Thob. 5. c. ⌊Fili dauid ⌋. i. messia. hūc enī messiā esse credebāt. ⌊Turba aūt increpabat eos vt tacer̄t ⌋. s. iubēdo q̄ tacer̄t: ne xp̄m vanis vocibus irritarent. ⌊At illi magis clamabāt ⌋. s. quāto ppl̄s magz iubebat eis tacere magis ipsi ad cristum clamabant. ⌊Dicentes domine miserere nostri ⌋. idem in sententia repetūt in quo apparet eoꝝ confidentia: quia semper idem petebant. ⌊Et stetit ihesus ⌋. s. auditis clamoribus eoꝝ cessauit progredi vt exaudiret eos. ⌊Et vocauit eos ⌋. ista vocatio fuit que sequitur ī littera. s. ⌊Quid vultis vt faciaz vobis ⌋. apparet ex verbis eoꝝ qō aliquid a cristo peterent cum dixer̄t dñe miserere nostri: quid tamen vellent nondū expresserant: t ideo conuenienter cristus quesiuit ab eis quid vellent. ⌊Dicunt illi ⌋. i. cristo ⌊Domine vt apperiantur occuli nostri ⌋. nullū maius bonuz esse poterat ceco quā q̄ videret. magnitudo enim boni reputatur ex indigētia. sicut eger michil meli⁹ salute existimat. pauper vero diuitias reputat summū bonum. ignorās vero qui alios admiranda loqui videt maximum bonum sapientiam putat. sic dicit Aristo. primo ethicoꝝ. c. 4. s. egrotans quidē sanitatem. mendicus autem diuitias. conscij sibijpis ignorantie eos qui magnum aliquid t super ipsos dicunt admirantur. sed ceco nichil magis erat necessarium quam videre. ideo hoc petiuerunt. ⌊Misertus autem eorum ihesus ⌋. magn⁹

miseriam patiebantur. cristus autem qui sume misericors est eos ex misericordia sanauit. ⌊Tetigit oculos cecorum ad sanandū eos ⌋ .s3 nō dicit qd tāgendo oculos eorū fecerit. ⌊Et cōfestim viderūt ⌋ .s. mox vt tetigit oculos eorū: in quo apparet q miraculose eos sanauit. ista sanatio naturalis nō fit sine
Q°.68. successione. ⌊Et secuti sunt eum ⌋ .s. eunte in irlm. ¶Queritur an ista sint cōtinuata ad p̄cedentia ⁊ an statim post illa facta sint. ¶Ad primū dicendū q istud est cōtinuatū ad p̄cedentia: q̄ vbi nō apparet rō discōtinuitatis semp ē dicendū q fit ordo cōtinuꝰ: ⁊ tamē hic nō apparet rō aliqua anticipationis vel recapitulatiōis. Secūdo patet q̄ omnes tres euāgeliste qui hoc referūt tenent hūc ordinē. ¶Ad ꝑm dō3 q statī fuit istud factū post p̄cedentia .s. q̄ nulla inter media gesta acciderant q̄ alibi in sacra scriptura referantur satis apparet ex circūstantijs rerū narratarū: nā ante hoc cristꝰ dixerat q ascēdebat ierosolimā vt cōsumarēt oīa q̄ dicta erant de eo ⁊ ita nō moraret ascendēdo. nā dixit ecce ascendimꝰ .i. nūc ⁊ tū eunti in ierusalē de galilea p̄ iordanē occurrit iericho in itinere q̄ nō longe est a irlm. sed ante hoc erat cristꝰ apud iordanē .s. qū fecit ea q̄ habent .s. .19. c. vt patet ibi in principio. ⁊ nūc dicit q egrediebat a iericho: ergo paruꝫ intercīderat inter hec p̄cedentia.
Q°.69. ¶Queritur quomō secute sunt eū hic turbe multe xp̄m ⁊ q̄re. ¶Dici potest vno mō q iste turbe secute sunt nūc xp̄m: q̄ ante hoc erant cū eo. nā qū de galilea venit iuxta iordanē sequebatur eū turba multa vt dicit .s. p̄cedēti. c. ¶Alio mō potest dici q ista turba erat de ciuitate iericho. nā ingressus est xp̄us in ciuitatē iericho ⁊ ibi fortassis predicauit vl signa aliq̄ fecit ⁊ iō turba effecta ei deuota secuta est ieſuꝫ egredientē vt iret irlm. Et ita dicit q egredientibus illis de iericho secuta ē eū turba multa. ¶Tertio potest dici q ista turba de nouo venerat. ista enim erat conditio: q̄ semp veniebant turbe ad cristuꝫ ⁊ manebāt cū eo per aliq̄ dies ⁊ statim recedebāt. s. post tres vel quatuor dies auditis verbis eius ⁊ curatis egris suis sicut dicit supra .15. c. misereor turbe q̄ triduo me sustinēt vel p̄ seuerant mecū: ⁊ recedentibꝰ illis vel anteq̄ recederent alij superueniebāt ⁊ ita semper erāt turbe cū cristo: sic nunc factum est q̄ anteq̄ egrederet de iericho superuenerūt multi ad euꝫ ⁊ ita turba multa secuta est eū egredientē de iericho. ¶Cum autē queritur quare turbe sequebant eū. ¶Dicēdū q̄ ex multis causis. aliqui enim proter doctrinā admirabilē. habebat enim verba vite eterne. vnde cum recedentibꝰ discipulis xp̄s diceret ad apostolos an ipsi quoqꝫ vellent abire. dixit petrus nomīe omniū q̄ñe ad quē ibimus. verba enim vite eternē habes. Joh. 6. ca. Alij sequebant eū p̄pter vtilitatē quam ex eo capiebant. sanabat enim lāguidos eorū mox vt ante pedes eius illos proicerent a quibuscunqꝫ tenerēt languoribꝰ supra 4. c. ⁊ .15. Alij sequebant euꝫ p̄pter curiositatē. s. vt viderent opera miranda que faciebat ⁊ p̄cipue in curationē languorū in quo nimis habūdabat. sic dicit. Joh. 6. sequebatur eum multitudo magna q̄ videbāt signa q̄ faciebat super his qui infirmabāt. Alij eū sequebant p̄pter cibos: q̄ turbis esurientibus solebat cibos miraculose dare. bis enim illos dederat .s. supra .14. ⁊ .15. ca. ⁊ venicbāt iterū ad eum vt rursus eos vl quotidie sic saturaret. sic dicit. Joh. 6. queritis me nō q̄ vidistis signa sed q̄ manducastis de panibꝰ meis ⁊ saturati estis. Alij eum sequebant vt audirent ab eo aliqua de quibꝰ eū possent accusare ⁊ isti insidiabant ori eius. isti sunt pharisei qui obseruabant eū vt accusarent illū. supra .12. ⁊ Luc. 6. Et ideo per diuersas fraudes nitebant capere cristū in sermone. vt patet .j. 23. ⁊ ex alijs multis causis eū sequebant ⁊ vt communiter semper in turba erant boni mali. boni ex deuotiōe eum sequebātur. mali vero vt eū accusarent. ⁊ ita ante hoc fuerāt cum eo pharisei temptantes illū ⁊ disputantes cū eo de libel-
Q°.70. lo repudij. p̄cedēti ca. ¶Queritur quare euangelista mentionem facit q̄ multa turba ibat nunc cū christo. ¶Dicendū q̄ oīa q̄ ab euāgelistis scribunt vltra hoc q̄ gesta sunt habēt q̄ ad aliquid ꝑfuit siue circa cristum ad aliqua q̄ de eo oñēnda sunt aut ad nos instruendū in aliquo. ¶Dicendū autē primo q̄ ponit de turba multa q̄ xp̄m sequebat ad ostendendū quāta erat deuotio populorū circa xp̄m cū de loco ad locū eunte sequerent extra domos ⁊ terras suas pacientes difficultatez ⁊ istud signū erat excellentis doctrine eius ⁊ ad mirandorum operū. nam si ista non essent nollet turba post xp̄m cuꝫ labore discurrere. sic dicit Crisosto. sicut testimoniū studiosi agricole est messis fecunda: ita assidui doctoris documentū est ecclesia plena. neminē labor itineris impediuit q̄ amor spūalis fatigatiōe nō sentit. neminē possessionū suarꝫ recordatio retraxit q̄ ingrediebantꝰ possessionē regni celestis. vere eniꝫ sup terrā nō habet qd amet q̄ bonū celeste in veritate gustauerit. Sccūdo fuit ad perhibendū testimoniū de isto magno miraculo qō nunc xp̄s egit. s. q̄ duos cecos illuīauit ⁊ totꝰ populꝰ laudez dedit deo. vt dicit Luc. 18. c. Tertio ⁊ principaliter fuit quia substātia narrationis istiꝰ miraculi de sanatione duorū cecorū exigit q̄ de tribu diceret. nam turba fuit causa vt ceci scirent cristuꝫ transeuntē. nisi enim audissent strepitū transeuntiū multorū non quesissent quis transiret: ⁊ consequenter non scirent cristū transire ⁊ ita neqꝫ ab eo sanari peterent neqꝫ obtinerent. Quarto quia a turba didicerūt ceci xp̄um transire ⁊ fuit sibi clamoris causa. Quinto q̄ turba cōpellebat cecos tacere increpans eos ⁊ quanto magis increpabat eos tanto magis illi clamabant. quod proderat ad ostendendū magnitudinē fidei ipsorū: ⁊ facilius obtinerēt petita. hoc tamē non fieret nisi turba transiret cū cristo que cecos increparet. ideo vt intelligeret narratio debuit premitti de turba q̄ turba multa egredicbatur cū cristo de iericho. Et oportuit q̄ diceret q̄ turba secuta fuit eū egred entē ō iericho quia de turba agitur principaliter propter illuminationē cecorū: sed ceci fuerunt illuminati circa iericho. ideo oportuit q̄ sciretur q̄ turba erat cum xp̄o
Q°.71. apud iericho. ¶Queritur cū ponat hic de illuminatiōe duorum cecorū quomodo potest stare. nā marcꝰ ⁊ lucas idem referentes vnū tantū cecū expresserūt? ¶Dicendū q̄ non est eadem illuminatio que ponitur ab omnibꝰ tribꝰ euāgelistis. ſꝫ veritas est q̄ apud iericho fecit xp̄us duas illuminatiōes. in p̄ma illuīauit vnū cecū. in secunda duos. prima fuit anteq̄ ingrederetur cristus iericho circa vrbē in via. secūda fuit egrediente cristo de vrbe iuxta vrbē secus viā erāt duo ceci ⁊ illos illuīauit. de prima illuminatiōe loquit solus lucas. de secunda loquunt mathe ⁊ marcus. ⁊ patet ratio differentie istorū quia tā matheus q̄ marcus consonant in loco illuminationis dicūt enim egrediente domino de iericho factū esse. lucas vero dicit factū esse appropīquāte dño ad iericho: ⁊ ideo quod marcus ⁊ mathe referūt vnū ⁊ idē esse potest: qō vero lucas retulit nō potest esse idē cuꝫ eo qō mathe vel qō marcꝰ retulit. ⁊ satis apparet q̄ si esset idē maxīe eēt idē cū eo qō potuit mar. cū tam marcus q̄ lucas de vno tantū ceco dixerūt. ⁊ tamē non est idem cecus: q̄ marcus expressit nc mē illius quasi esset vir clarꝰ ⁊ licet duo essent sicut mathe expssit q̄ tñ alter eorū tm̄ erat vir clarꝰ illū dixit ⁊ nomē illiꝰ expssit. si ergo lucas ob hoc vnū tm̄ diceret q̄ clarꝰ erat subticēs alterū expressisset nomē illiꝰ ⁊ pfis eius sicut fecit marcꝰ. ⁊ tñ nō fecit ſꝫ absolute dixit fuisse vnū cecū. iō videt dōm q̄ ille de quo lucas dixit vnꝰ tm̄ fuit ⁊ añ introitū in iericho illuīatꝰ. q̄ tñ nō erat vir clarꝰ nō expressit nomē eius: illuīatio enim q̄ a matheo ⁊ marco ponit eadem est q̄ ambo debēt factuꝫ esse egrediente dño de iericho. ¶Sꝫ dicet quō stare potest q̄m math. duos dixit ceeos marcꝰ vero vnū. ¶Dō3 q̄ in vitate duo fuerūt ⁊ tñ marcus vnū tm̄ expressit ⁊ nomē illiꝰ protulit q̄ ille erat vir cognitꝰ ⁊ ex eo reddebatur miraculū notum. de his dicit Augꝰ li. de cōcor. euā. ⁊ li. de q̄stio. euan. s. possemꝰ de appinquantibꝰ ad iericho sic intelligere vt iā inde egressi ꝑe tñ adhuc eēnt ad eā ciuitatē qō qdē minīe visitate dici. ¶Queritur
Q°.72. q̄re nūc xp̄s fecit miraculū istō ī cecorū illuīatōe. ¶Dō3 q̄ nō

est querēda causa quare crist⁹ potⁱ⁹ vno tpe q̄ altero mirac̄ula faceret, cū enī esset oīpotens ⁊ omni tēpore equalis esset in eo potentia, nō requirebat nisi oportunitas ex parte rerū. Et q̄ nunc se illa offerebat nūc miraculum fecit, erat autēm oportunitas necessitas ex parte petentis ⁊ dispositio .ſ. fides non enī videbat esse maior necessitas possibilis in aliquo q̄ cecū esse cū p̄uaret p hoc maximo bono humano .ſ. notificatione diuersitatis rerū. visus enī maxīas ⁊ plurīas nobis rerū differētias ostendit .i. metha. c. i. fides autē erat in istis q̄ clamauerūt ad cristū petentes sanari. ideo debuerūt nūc sanari. nam quocūq; alio tēpore e. iste xp̄s sanaret illos si ex tali fide peterēt illūinari. ¶ Querit quātū ad aliud .ſ. de loco. i. q̄re potius in loco isto q̄ alibi illumīauit eos? ¶ Dicēdū q̄ sanauit eos iuxta iericho ⁊ in via. quantū ad primū qō esset iuxta iericho putant aliq esse cām .ſ. q̄ iericho signat lunā q̄ est deficiens eo q̄ defect⁹ carnis cristi p̄parauit sibi gloriā. nā p hoc q̄ passus ē meruit glorificationē noīs sui. sic dicit Jero⁹. passioni dñi appinquanti ciuitatis nomē rīdet. dicit enī venīt iericho. iericho enī luna siue anathema interp̄tat. defect⁹ enīz carnis xp̄i p̄paratio est irr̄z celestis. Circa p̄m .ſ. quare in via dicunt quidā q̄ ideo in via curauit eos vt ostēderet q̄ nullo tēpore cessandū essz a bono. in ciuitate enī iericho multa bona fecerit .ſ. predicādo ⁊ cōuertendo zacheū vt īuit Luc. 19. vt autē in via nō esset ociosus curauit cecos in via. Et p hoc explū apostolis dedit vt in nullo loco ⁊ nullo tpe a bono cessarent cū etiā xp̄s in via ab opatiōe miraculorū nō cessauerit sic dicit theophil⁹ .ſ. ne incessus dñi essz inutilis in via fecit ceci miraculū. hoc in documentū discipulis suis dans vt in omnib⁹ simus proficui ⁊ nichil sit in nobis ociosuz. Sed dicēdū q̄ neq; etiā circa locū est querendū q̄re potius in vno loco q̄ in alio miracula faciat crist⁹. opatio enī miraculorū diuina ē q̄ nec loca determīat neq; tp̄oribⁿ subicit sz solū respicit oportūitates faciēdi cū ptās faciēdi ī oī loco ⁊ ī oī tpe eq̄l sit. obtulit autē se nūc oportūitas q̄ circa iericho ⁊ in via occurrit īuenīri istos cecos q̄ ex fide petiuerūt illūinari: ideo cōueniēs fuit q̄ crist⁹ faceret istud miraculū nūc. Est enī regula generalis q̄ nemo petit aliq̄ a deo cū fide q̄ nō obtineat: q̄ nō solū fides obtinet hoc q̄ petens cōsequat̄ se exaudiri vt fiat in eo miraculū: sed etiā obtinet q̄ ipse faciat miracula. nā q̄ habet fidē sicut granū sīapis: si dixerit monti iacta te in mari obediet ei: vt dicit .m. 17. ⁊ sequēti. c. isti autē ceci petiuerūt cū magna fide q̄ ad eū quē nunq̄ viderāt clamabāt. ⁊ a turba increpati non cessabant sed magis īualescebant. ergo debuerunt exaudiri. Causa etiā fuit q̄ nūc crist⁹ faceret plura miracula q̄ alio tpe ex oportunitate astantiū. multa enī turba nūc conuenerat ad cristū cū dicat .m. in littera egredientibus illis de iericho ⁊ ista turba poterat esse testis miraculi ad totā iudeā ⁊ galileā ⁊ insuper ipsi laudarēt deū: viso tanto miracnlo vt vere factū est sicut dicit Luc. 18. c. ideo nūc debuit facere plura miracula q̄ alio tpe q̄n nō occurrebāt turbe. Scōa causa est ex parte appinquatiōis ad finē vite ⁊ ad locū passionis. xp̄s enī nūc ascendebat ierosolimā vbi cōsumanda erāt oīa q̄ de eo erāt scripta .ſ. de morte eius. Et ita erat propinqua mors ⁊ vicin⁹ locus mortis. ⁊ ob hoc debuit nūc plura miracula facere q̄ āte hoc vt daret cōsumationē opib⁹ suis ⁊ testimonia clariora ⁊ recentiora essent contra eos q̄ eū iniuste morti traderent. vnde non solū in iericho sz ⁊ quāto magis appinq̄ret irr̄m tāto maiora miracula factur⁹ erat q̄ hic accidit. nam in bethania q̄ distat quindecī stadijs solū a irr̄m. Joh. 11. suscitauit nūc lazarū eo. c. ⁊ ideo fuit cōueniēs q̄ nō solū data oportūitate faceret hic xp̄us miracula q̄ etiā alibi faceret: sed nō existēte oportūitate faceret q̄ esset oportunitas vt esset sibi locus faciendi miracula. Considerandū q̄ isti ceci in via erant ⁊ omnes quidē in via manebāt: nō quidē quasi de vrbibus expulsi: sz q̄ ibi ab omnib⁹ transeuntib⁹ petebant elemosinā ⁊ q̄ comeat⁹: ⁊ discursus maior erat in vijs ⁊ potissime circa portas vrbiū vbi erat introitus ⁊ exit⁹. ibi ceci sedebant ad petendū elemosinā ⁊ hoc patet. q̄ Mar. 10. c. vbi ponit de ista illuīatione cecor facta iericho dicit q̄ barchime⁹ thime⁹ sedebat cec⁹ iuxta viā mendicās. etiā ille cecus de quo dicit Luc. 18°. c. qui nō est aliquis de istis duob⁹ quos ponit mathe⁹ iuxta viā sedebat mēdicās. e. c. ita etiā alij duo ceci quos sanauit .m. 9. c. in via erāt transeūte iesu ⁊ secuti sunt eū vsq; in domū ⁊ ibi sanauit eos in via autē erant ad mendicandū. etiā de ceco alio a natiuitate quē sanauit dicit q̄ erat mendicās. Joh. 9. c. ¶ Querit qua re vocauerūt eū filiū dauid isti duo ceci ⁊ qd p hoc intendūt? ¶ Dom q̄ p hoc volebāt eū vocare messiā. erat enī messias futur⁹ de semīe dauid. ei enī promissus fuerat. ps. 131. ō fructu vētris tui ponā sup sedē tuā. ⁊ Jere. 23. ōr suscitabo dauid germē iustū ⁊ regnabit ⁊ sapiēs erit qō de messia intelligit: ⁊ multa alia testimonia scripture sacre. ⁊ ob hoc certū ⁊ vulgatū erat apud oēs iudeos q̄ messias de semine dauid ⁊ de ciuitate bethleē nascitur⁹ erat vt iudei dixerūt. Joh. 7. c. Secundo ⁊ specialit̄ ꝓpter magnitudinē rerū. talia enī in xp̄o apparebāt q̄lia in nullo alio hom̄ie apparuerāt neq; apparere poterant: tā quantū ad doctrinā q̄ quātū ad opa. ideo messiam ip̄m ⁊ deū esse colligi poterat. Tertio potest dici q̄ isti ceci fuerunt a xp̄o p fidē illuminati ita q̄ anteq̄ quicq̄ peterēt xp̄us dederat in cordib⁹ eorū fidē p̄m quā peterent: ⁊ ideo vocare potuerunt eū filiuz dauid. sic dicit etiā Crisо⁹ de illo ceco de quo dicit Mar. 10. qui est vn⁹ istor duorū .ſ. clamauit iesu fili dauid. Et ait qs te hec docuit o hō: nō plegistis libros priuatis lumīb⁹. vnde ergo nosti luminare mūdi? vere dñs illuminat cecos. ⁊ quanto magis turbe increpabant cecos ipsi tanto magis clamabant. primo fuit ex magnitudine desiderij ipsorum. Secundo fiebat hoc ad ostendendū fidem cecorū. Tertio fuit quia cristus volebat q̄ turbe increparēt cecos vt magis eorū fides appareret. ⁊ hoc vt dū magis ipsi suā fidē ostenderent magis fierent dispositi ad obtinenduz quod petebant etiā vt miraculū fieret manifestius. Quarto fuit vt christus audiret voces eorū. ¶ Queritur q̄re crist⁹ fecit q̄ ceci quorum oculos tetigit statim viderent? ¶ Dicenduz q̄ hoc fuit ad ostendenduz q̄ miraculose hoc fiebat non operante in hoc natura. Nam natura semper facit secundū successionem eo q̄ potestas eius est limitata ⁊ habet repugnantiā in opere. ideo non potest in instanti operari. deus autē habet esse ⁊ posse illimitatū ⁊ nichil potest ei obstare in operando. ideo non habet successionē in operatione sed statim fit quod vult. hoc autem miraculosuz erat. ideo in instanti factū ē. Sed obicietur q̄ aliqua opera cristi erant miracula ⁊ fiebant in successionez sicut illuminatio ceci. Joh. 9. capitulo. ¶ Dicendū q̄ omnis operatio miraculosa fit in instanti q̄ est operatio diuina ⁊ non habet resistentiā aliquā ex parte patientis: ⁊ ideo quomodocunq; faceret christus miracula semper operatio sua in miraculo erat in instanti. ⁊ tamē operatio exterior dispositiua ad miraculū nō erat semp in instāti sz aliq̄n in instāti ⁊ aliq̄n sc̄z successionē. Ad quod sciendū q̄ in operationib⁹ christi ad miraculū erat triplex modus. Unus modus erat q̄ cristo loquente vel tangente statim fieret quod ipse volebat .ſ. effectus miraculi siue curationis siue alterius rei. De verbo patet vt quando cristus imperauit mari dicens: tace ⁊ obmutesce ⁊ statiz facta est tranquilitas. supra. 8. ⁊ Mar. 5. ⁊ Luce. 8. sic ⁊ Marci. 9. capitulo dicitur de puero lunatico cuius demoni christus dixit surde ⁊ mute spiritus exi ab eo ⁊ statiz exiuit. De tactu patet vt quando tetigit leprosum apud capharnaū. nam statim curatus est. supra. 8. capitulo. ⁊ quādo socrū petri febricitantem tenuit manu nam statim surrexit. eodē capitulo. ⁊ Mar. primo. ⁊ Luce. 4. capitulo. ⁊ ita fuit nunc de duobus cecis nam statim vt tetigit oculos eorum viderunt. Et ita etiam factuz est de alijs duobus cecis quos in domo curauit. m. 9. ca. Scōus mod⁹ erat q̄ xp̄s p successionē faceret opa .ſ. q̄ circa eundē horaz ⁊ ad vnū hominē curādū faceret multa opa ⁊ in

Q°. 73.

Q°. 74

Q°. 75.

primis nō sequeret aligs effect⁹ sanitatis ⁊ cōsumato vltimo tpe sequeret sanitas in instanti. sic patet actor. 7. c. de hoīe surdo ⁊ muto quē inter fines decapoleos xp̄o obtulerūt. nā p̄mo eū sequestrauit a turba. deinde misit digitos in auriculas ei⁹ postea spuens tetigit linguā ei⁹. deinde suspiciens in celū inge muit. ⁊ tūc dixit effeta qđ est aperire ⁊ apertū est vinculū ligue eius ⁊ loquebat recte ⁊ etiā audiebat. ⁊ ad istū modū potest p tinere suscitatio lazari. nā pr⁹ orauit ad patrē petēs se exaudi ri ⁊ clarificari ⁊ post aliq̄ verba ait lazaro exi foras. Joh. 11. c. Tertⁱ mod⁹ erat q̄ xp̄s faceret aliqua opa ad sanandū ali quē ⁊ factis illis nō sanaret statiz: sed postq̄ a xp̄o recederet in absentia ei⁹ sanabat. sic patet de ceco nato quez illūminauit in ir̄lm. ista spuēs in terrā lutū fecit ⁊ liniuit oculos eius de illo luto ⁊ dixit ei vade ⁊ lauare in natatoria siloe. ⁊ cū se ibi lauis set visuz recepit. Jo. 9. c. ⁊ ita nō erat p̄sens xp̄s q̄n sanatus est sic etiā est de decē leprosis. Luc. 17. c. nam petierūt a xp̄o q̄ mūdaret eos. ille autē dixit ite ⁊ ostēdite vos sacerdotib⁹ ⁊ cuz irent in itinere mūdati sunt absente xp̄o. ⁊ vn⁹ illorū redit vt xp̄o gracias ageret eodē. c. Et iste mod⁹ differt a p̄senti q̄z licz vterq̄z habeat successionē tp̄is ⁊ multitudinē opationū tñ in p̄senti mō fiebat sanitas ad vltimā opationē xp̄i ⁊ p̄sente eo: in isto autē modo fiebat p multas opationes ⁊ nō fiebat in fine opatiōis vltime neq̄z p̄sente xp̄o. Quart⁹ modus erat q̄ fierent multe opatiōes a xp̄o ad vnū effectū miraculi inten tū. Et tñ ille effect⁹ intēt⁹ nō deduceret tot⁹ simul in fine opa tionis vltime in p̄sentia xp̄i sicut in scōo mō. neq̄z post vltimā opationē in absentia xp̄i sicut in p̄cedēti mō: sz deducebat per partes sicut q̄n sanauit cecū in bethsaida extra vicū. actor. 8. c nā spuēs in oculos eius imposuit manus oculis ⁊ quesiuit si quid videret: ille autē ait video homīes sicut arbores ambu lantes. deinde imposuit iterū man⁹ sup oculos eius ⁊ cepit vi dere ⁊ restitut⁹ est ita vt videret oīa clare. Considerādū autē q̄ licet xp̄s istos q̄tuor modos faciendi miracula habuit. vn⁹ eorū. i. prim⁹ erat sibi de lege cōmuni. Ceteros aūt raro exer cuit q̄ ille p̄tinebat ad rationē miraculi: ceteros vero ex rōni bus spūalib⁹ interdū exercebat. ⁊ ideo vbicunq̄z xp̄s miracu la faciebat p̄mū modū īueniem⁹. de ceteris autē rara sunt exē pla. Et pauciora de q̄rto q̄ de tertio ⁊ pautiora de tertio q̄ de scōo. Ratio autē istorū est q̄ miraculū est opatio diuina ⁊ consq̄ter in instanti facta. ideo sicut opatio latens diuina ē in instanti ⁊ effect⁹ in instanti ⁊ impartibilit deducit: ita ⁊ opatio exterior conuenienter esse debebat simul cū ipa p̄ductiōe effect⁹: ⁊ vnica quidē opatio vt nō putaret q̄ p exteriores opationes p̄tibiliter deducebat dispositio ad effectū intentū precedens. Quantū vero ad scōm modū q̄ fierēt multe opatiōes inter dū erat p̄pter diuersos effect⁹ quos p vnicā miraculi exposi tionē inducere volebat. sicut q̄n sanauit eundē hominē q̄ erat surdus ⁊ mut⁹. nā ad ostendendū q̄ eū a surditate sanare vole bat misit digitos in auriculis. ad ostendendū vero q̄ mutuz volebat loquentē reddere spuit in linguā eius: qđ vero suspe xit in celū ⁊ īgemuit ad aliā rationē p̄tinet. interdū autē fiebat ad eruditionē vt q̄ p̄sentes erāt p̄ verba xp̄i ⁊ facta instruerentur: vt q̄n faciendo miracula p̄mitebat orationē faciebat: non quasi esset ei necessaria oz̄ō sed vt ostenderet hominib⁹ q̄ ipse a deo erat ⁊ q̄ instrueremur nos a deo singula petere: ⁊ p̄ impetratis gratiarū impendere actiones. sic enī quādo suscitare voluit lazarū fecit lapidē tolli de monumēto ⁊ eleuatis oculis in celū dixit pater gratias ago tibi quoniā audisti me. Et addi dit ego autē sciebā q̄ semp me audis sed propter populū qui circumstat dixi vt sciant q̄ tu me misisti. hec cū dixisset clama uit voce magna dicēs lazare veni foras. Quantū ad tertium modū ⁊ causa erat vna ad probandū eorū gratitudinē. s. an p susceptis beneficijs redirēt ad gratias reddendū. ⁊ ita fuit de leprosis decē quos misit ad sacerdotes ⁊ dū irent per viā mū dati sunt ⁊ vnus eorū redit ad xp̄m. ipse vero quasi indigna tus ait nōne decē mundati sunt ⁊ nouē vbi sunt: nō est inuent⁹ q̄ rediret ⁊ daret gl̄iaz deo nisi hic alienigena. Luc. 17. c. Alia cā erat quantū ad ostensionē fidei illorū quib⁹ xp̄us ista facie bat. Nam cū xp̄us liniret luto oculos ceci nati ⁊ nō sanaret sz mitteret cū vt lauaret ī natatoria siloe: fortassis crederet q̄ nō p̄odesset ei cū per tactū manuū nō fuisset curatus ⁊ aqua illa nō habebat virtutē illuminandi cecos ⁊ ideo ire nollet. q̄ aūt ire vellet ad fidē pertinebat qua credebat xp̄i verbo. s. q̄ sanā dus erat in natatoria siloe. simile fuit quantū ad naamā syruz qui venit ad heliseuz vt sanaret eū a lepra ⁊ ille misit eum ad iordanē dicens vade lauare septies in iordane ⁊ sanitatē reci pies ⁊ ille nolebat dicēs q̄ meliora erāt flumina damasci abana ⁊ pharphar ⁊ in illis nō sanabat: ideo nō credebat q̄ sana retur in iordane. ⁊ ideo ire nolebat quousq̄z ab illis suasus fuit. 4. regū. 5. c. de leprosis mundatis a xp̄o. i. de decē eadem ratio erat. quia nō sanauit eos quādo petierūt sanari sz dixit q̄ se ostenderent sacerdotibus. ⁊ illi iuerunt ⁊ dū irent mūda ti sunt. ⁊ tamē si fidem nō habuissent cū xp̄us loquens eis nō sanasset illos ⁊ scirent q̄ sacerdotes nō habebant virtutē sa nandi: nō irēt ad eos. ⁊ tamē statī vt xp̄s illud dixit parauerūt se ad eundū ⁊ ibant. ideo cōueniens mod⁹ erat iste ad ostenden dū fidem si erat in illis. Quantū ad quartū modū dicendum q̄ xp̄s faciebat saltē vt ostenderet magnitudinē potestatis sue in diuerso modo operationis. q̄ quanta aliqua potentia ma ior est tanto pluribus modis potest in suum effectuz. si enim crist⁹ facere possz miracula ⁊ potissime in curatiōib⁹ lāguorū nō nisi vno modo videret potestas sua coartata cū esset limi tata ad certū modū: nūc vero cū possit variis modis idē facē videret aperti⁹ magnitudo p̄sone sue. ⁊ etiā si ad nichil aliud prodesset cōuenīs hoc erat. alie autē cause multe sunt quare sic fierent iste operationes de quib⁹ sigillatiz in locis suis ma gis dicetur. Et ita verū est q̄ quomodocūq̄z miraculū xp̄us ageret ipse effectus intentus in instanti fiebat ⁊ dispositiones q̄ cuiq̄z cū illo inducte. ⁊ ita hic statī visum receperunt ceci post q̄ crist⁹ tetigit oculos eorū. q̄ ad p̄mū modū operationis miraculose istud pertinet.

Tcū appropin.

e

Descripta ī p̄cedēti fundatiōe eccl̄ie in fide ⁊ doctrīa h̄ ponit reprobatio sina goge iudeor⁹ ⁊ h° triplici ratiōe. p̄mo q̄ iudei fuerūt cōtēptores diuine ma iestatis. scōo q̄ fuerūt contradictores ⁊ impugnatores diuine veritatis. se quenti capitulo. Tertio q̄ fuerūt quantū in eis fuit depraua tores diuine bonitatis. j. 23. c. p̄ma diuidit in tres partes q̄ primo ostendit propositū in signo excellenti ⁊ celebri. scōo in signo potenti. ibi. ⌊Et intrauit iesus ⌋. tertio in verbo ratio nabili. ibi. ⌊Quid autē vobis videt ⌋. prima in duas q̄ pri mo ponit veritatis adimpletio. scōo iudeorū cōtradictio. ibi ⌊Cū intrasset ⌋. prima in duas p̄m q̄ xp̄us ostendit p̄posituz suū p duplex celebre signū. scōa ibi. ⌊plurīa āt turba ⌋. hic āt est ordo cōtinu⁹. Pro quo cōsiderandū q̄ de iericho ad ieru salē p̄m cōputationē terre sancte sunt solū septē vel octo leuce Et hic agit de bethania vel bethphage ad q̄ venit anteq̄ ir̄lm Et distat bethania a ir̄lz vna leuca vt patet ex eadē descriptio ne terre sancte vel quindeciz stadijs vt dicit Joh. 11. c. ⁊ ad idē reddit. Et ita inter precedētia ⁊ hec nō fuit nisi spaciū quinqz vel sex leucarū. i. tp̄is in quo leucas illas dñs perambulauit Nā nō morat⁹ est q̄ retro gressu p̄cedebat tūc in ierusalē: cuz ipse dixerit ecce ascendim⁹ ierosolimā. Aliter adhuc potest dici q̄ inter precedētia ⁊ hec nō fuerit aliq̄ tēpus. q̄ post cura tionē duorū cecorū p̄cedēti. c. dicit q̄ secuti sunt eū. i. cōmitta bant eū eunte in ierusalē. sed illud signat ipsam p̄gressionē iti neris q̄ potest referri ad totum actum itinerandi vsq̄z in ie rusalem. ideo non est aliqua interpositio inter p̄cedentia ⁊ ista q̄ntū ad tp̄s sed quantū ad hoc qđ dr̄ hic q̄ appinq̄bat iesus

ierosolimis adhuc durabat ille actus qui erat q̄ ceci illumi-
nati sequebant eum. Inter curationē autem cecorū que fuit
apud iericho ⁊ peruentionē ad betphage de quo hic dixit: in
terpositū fuit aliquid vel factū est simul cū illo ⁊ est qō ponit
Luc.19.de zacheo suscipiente dñm ⁊ de parabola hois nobi-
lis q̄ ibat vt assumeret sibi regnū: ⁊ hoc notabiliter patet. q̄
post illuīationē ceci subdidit lucas de zacheo suscipiente dñm
hospitio ⁊ statim de parabola regni. Et tūc addidit. s. ⁊ bis di
ctis precedebat ascendēs ierosolimā ⁊ factū est cū appinquassz
ad betphage. nē. Circa p̄mū dicit. ⌊ Et cū appinquassz ⌋. s.
iesus ⁊ turbe q̄ cū eo ibant. nā turba multa sequebat eū egre
dientē de iericho precedēti. c. ⁊ Mar.10. ⌊ Jerosolimis ⌋. i. ci
uitati irlm. non enim lōge erat a ciuitate qñ fecit qō sequit. s.
q̄ misit discipulos q̄ erat apud bethaniā ⁊ betphage que iu
xta vrbē sunt. ⌊ Et venissent betphage ⌋. locus paruus est cir
ca irlm in itinere venientib⁹ de ierico in irlm. ⌊ Ad montē oli
ueti ⌋. i. venissent ad montē oliueti. idē enī erat venire ad mō
tem oliueti ⁊ betphage cū betphage sit in latere mōtis oliue
ti. Et vocat mons oliueti. i. oliuarū q̄ in illo sunt magna pre
dia oliuarū. ⌊ Tunc iesus misit ⌋. s. de monte oliueti misit di-
scipulos q̄ erat circa vrbē. ⌊ Misit duos discipl̄os ⌋. i. duos
apostolos qui etiam vocant discipuli q̄ adiscebant ⁊ tamen
gradus superior eorū erat quā discipulorū septuaginta duo
rum ⁊ quorūcunq; aliorū. ⌊ Dicens eis ⌋. i. iubens eis qō se-
quit. ⌊ Jte in castellu; ⌋. i. in ciuitatē irlm que erat fortiter mu
nita sicut castella excelsa. ⌊ Quod tōtra vos est ⌋. i. ex oposito
situ est. aliqui putant dictū esse quod est cōtra vos. i. inimicū
vobis sed falluz est. ⌊ Et statim inuenietis ⌋. s. in introitu porte
⁊ statim vt pueneritis illuc. ⌊ Asinā alligatā ⌋. circa portā vr-
bis erat alligata vt acceptere posset qui operā ei⁹ desideraret
⌊ Et pullū cū ea ⌋. s. filiū eius qui cū matre manebat ligatus.
⌊ Soluite ⁊ ducite michi ⌋. s. tā asinā q̄ pullū. ⌊ Et si quis vo
bis dixerit ⌋ increpādo ne solueritis pullū. ⌊ Dicite ⌋. i. nichil
aliud respondeatis nisi hoc. ⌊ Quia dns his opus habet ⌋. i.
indiget his. s. asina ⁊ pullo. ⁊ vocauit se dñm quasi alij intel-
ligerent quē discipuli dñm vocabant. ⌊ Et cōfestim dimittet
eos ⌋. i. asinā ⁊ pullū. s. p̄mittet q̄ portetis nō repugnādo in-
tentioni vestre. ⌊ Hoc autē totū ⌋. s. q̄ xp̄s mitteret p̄o asina ⁊
pullo ⁊ q̄ adducerent sibi ab apostolis ⁊ q̄ sederet sup eos.
⌊ Factū est ⌋. reddit causā mate⁹ istius facti xp̄i. s. q̄ alicui vide
retur hoc imprudēter ⁊ sine causa factū. ⌊ Ut ipleret ⌋. in xp̄o
enim impleta fuit ista pphetia. ⌊ Quod dictū est p pphetā ⌋
s. per zachariā zacha. 9. c. quē absolute vocauit pphetā qua
si anthonomastice ipse sit pphet̄a. ⌊ Ecce rex tuus ⌋. pphet̄a
loqt̄ de xp̄o qui rex fuit: nā ita dixit angel⁹ dabit ei dns sedē
dauid patris eius ⁊ regnabit in domo iacob. Luc. 1. c. ⁊ log-
tur ad syon ⁊ irlm ideo dixit ecce rex tuus. ⌊ Venit tibi ⌋. i. ad
te: vel tibi. i. ad tuā vtilitatē. ita enī nūc xp̄s veniebat ad vti-
litatē ierusalē si agnoscere voluisset. Et hoc est qō plāxit xp̄s
videns ciuitatē. s. si cognouisses ⁊ tu que ad pacē tibi: nūc aūt
abscondita sunt ab oculis tuis. Luc. 19. c. ⌊ Mansuet⁹ ⌋. i. nō
cū exercitu armatorū neq; in apparatu faciēdi superbiā. ⌊ Se
dens sup asinā ⌋. ita enim venit ad vrbē sedendo. ⌊ Et pullum
filiū subiugalis ⌋. i. pullū filiū ipsius asine que erat subiugal'
i. sub iugo posita. vel iugo. i. seruicio asueta. ⌊ Euntes autez
discipuli ⌋. s. illi duo quos xp̄s miserat in ierusalē. ⌊ Fecerunt
sicut precepit illis iesus ⌋. s. soluerunt pullū ⁊ asinā ⁊ duxerūt
ambos ad xp̄m. ⌊ Et adduxerūt asinā ⁊ pullū ⌋. s. de irlm ad
xp̄m in loco in quo erat circa betphage. ⌊ Et imposuerunt su
per eū ⌋. i. sup pullū. ⌊ Vestimenta sua ⌋. nō habebat pull⁹ stra
menta q̄ nondū quisq̄ sup eū sederat ideo loco stramentorum
posuerunt vestimēta sua. ⌊ Et eū desuper ⌋. i. xp̄m sup pullū
cui imposuerūt vestimenta sua. ⌊ Sedere fecerūt ⌋. i. apostoli
fecerunt eum sedere. non intelligit q̄ fecerūt eum sedere. i. coe
gerunt q̄ ipse spōte sedit cū ipse misisset p̄o asina ⁊ pullo ad
sedendū sed fecerunt eū sedere. i. ministrauerunt ei in sedendo
idest faciendo quomodo honeste ascenderet sicut famuli cēs
obsequūt quantū ad hoc ¶ Querit quare xp̄s fecit hoc. s. mi Q°.1.
tere discipulos quādo erat circa ierusalē potius q̄ alibi exi-
stens. ¶ Potest dici q̄ crist⁹ nō misit discipulos p̄o asina qua
si p̄o necessitate sed magis ad significationē ⁊ ostensionē rerū
vt infra dicetur. Et ideo non oportebat mittere p̄o asina ex
longa distantia sed solū ex aliquāta. s. ex illa ex qua videri pos
set. ⁊ ideo ex illo loco ex quo cepit videre ierusalem misit p̄o
asina. Et patet quia crist⁹ dixit discipulis ite ī castellū quod cō
tra vos est. i. ex oposito. hoc autē nō dicitur nisi ō re que ocu
lis ꝓspicitur. quia alias denominasset locū ex nomine propō.
ideo dicēdū q̄ visa primū ciuitate: misit discipulos illuc. po
test etiam dici ⁊ ex eodem sensu q̄ cū crist⁹ non faceret hoc ad
necessitatem corporis sui sed ad ostensionē rerū. ⁊ ista ostensio
facienda erat eis qui veniebant de ierusalem obuiā ei: debuit
ex illo loco equitare ex quo verisimile erat q̄ poterat obuia
re aliquibus venientib⁹ de ierusalē. ⁊ tamē ex descensu mon-
tis oliueti multi de ierusalē qui exierant obuiam comitabant
eum. vt colligitur ifra in littera. ⁊ Luce. 19. c. ⁊ Mar. 11. ideo
aliquantulū ante hoc equitauit. s. ex betphage. Et patet hoc
quia statim vt egtauit fit mentio quomodo turba multa ster
nebant vestimenta in via ⁊ cedebant ramos de arboribus.
¶ Queritur quid sit betphage ⁊ vbi: ¶ Dicēdū q̄ betpha Q°.2.
ge nomen loci est qui est paruus locus vel viculus ⁊ est iuxta
montē oliueti ⁊ ideo dicitur in littera q̄ venisset in betphage
ad montē oliueti. est enim ipse mons ex parte orientali ierusa
lem ⁊ venientibus de iericho versus ciuitatē occurrebat mōs
iste in medio circa ierusalē. Et quia iericho est ad orientalem
partem terre promissionis. s. circa iordanē que est in parte ori
entali. Nume. 34. cum veniret nunc crist⁹ de iericho ad cuius
portam ⁊ exitū illuminauerat duos cecos vt colligitur prece
denti. c. erat transitus per montem oliueti. De betphage di-
cit Remigius ⁊ beda. betphage viculus fuit sacerdotum si-
tus in latere montis oliueti distans vno milliario a ierusalez.
sacerdotes enim qui per ceteros dies in templo deseruiebant
completo officio vicis sue illuc diuertebant ad manendum. si
militer ⁊ illi qui accipiebant officium illuc diuertebant: quia
preceptū fuit in lege vt nullus diebus sabbatorum plusq̄ mil
le passus incederet. de hoc dicit Origenes q̄ betphage inter-
pretatur domus maxillarū quia maxilla propria erat pars sa
cerdotum in lege. Sed dicenduz q̄ istud pertinet ad sensum
misticum. Quod autē dicitur q̄ sacerdotes expleto officio
vicis sue diuerterent ad locum illū non est verisimile: quia sa
cerdotes ministrabant distincti per viginti quatuor sortes vel
partes ⁊ ita leuite cantores. primo Paralipo. 24. ⁊ 25. c. ⁊ q̄
libet sors ministrabat vna ebdomada. s. intrabant ad ministrā
dum sabbato ⁊ exibant sabbato: vt colligitur. 4. regū. 11. ⁊
2. Paralipo. 23. ⁊ ita viginti quatuor ebdomadibus. i. in di-
midio anni mutabantur omnes sacerdotum vices quia finie-
batur ministratio omniū. quando autem illi de vice vna finie
bant ministrationem suam: non diuertebant in betphage qui
viculus paruus est ⁊ est iuxta ierusalē: quia hoc est si vna die
vel valde pauco tempore mansuri ibi essent. erant tamen iam
cessaturi a ministratione per medium annū: ⁊ non erat necesse
redire amplius in ierusalem ad ministranduz vsq; ad viginti
quatuor ebdomadas. ergo non diuerterēt in betphage. Se
cundo patet quia non erat possibile q̄ sacerdotes expleto mi
nisterio diuerterēt in betphage. nam nō possent ibi capi. erāt
multi sacerdotes cum essent in viginti quatuor partes: ⁊ in
qualibet parte essent multi viri. betphage autem erat paru⁹
locus. s. viculus: ⁊ tamen si illuc esset consuetum sacerdotes
diuertere completo officio vicis sue: omnes diuerterent sed
nō erat possibile ibi eos capi neq; in multis talibus viculis.
¶ Tertio patet quia hoc modo sacerdotes nunq̄ irent in ci
uitates suas. nā eo tempore quo saacerdotes ministrabant ma
nebāt in tēplo ⁊ nō egrediebāt de circuitu tēpli sed manebāt

ibi in exedris vt colligit .1. paralipo. 9. c. & 2. parali. 21. & 23. & 4. reg. 11. c. & hoc fiebat vt eo tēpore sacerdotes nō possent diuertere ad alias occupatiōs & potissime vt nō miscerēt vxoribꝰ suis: & idē colligit Luc. 1. c. de zacharia patre iohānis baptiste qui erat sacerdos & eo tpe quo accidit eū ministrare apparuit ei angelꝰ: & ō ibi q̄ cōpletis diebꝰ officij eiꝰ abijt. Et ita videtur q̄ q̄diu ministrabat nō poterat exire de tēplo: si autē q̄n nō ministrabāt. s. cōpleto ministerio diuerterēt ī bethphage vt ibi manerēt quousq; iterū mīstrarēt nullū esset tps quo irent ad vrbes suas & manerēt in eis & ita supuacuū esset q̄ vrbes haberēt: ꝛ hec falsa sunt q̄ leuitis & sacerdotibꝰ date erāt quadragintaocto ciuitates siue opida. Num. 35. c. Et de ist erāt tredeciz q̄ ptinebāt ad solos sacerdotes cetere autē ad leuitas Josue. 21. c. & ille tredeci erant in tribu iuda & symeō. Josue. 21. c. patet etiā hoc Josue. 24. vbi dicit de eleazar filio aaron sacerdote sūmo q̄ sepultꝰ est in gaas ciuitate q̄ data erat ei in mōte efraym. habebāt ergo sacerdotes vrbes in q̄bus manebant & suburbia. ergo nō est verū q̄ q̄n finiebāt ministrationē suā diuertebāt ī bethphage Quarto patet q̄ ita fuit de zacharia p̄re iohānis baptiste q̄ vt dicit. Luc. 1. c. mīstrauit in ordine vicis sue: & cū cōpleti eēnt dies officij eius abijt in domū suā cōstat tn̄ q̄ domꝰ sua nō erat ī bethphage ꝛ ī quadā ciuitate iudee q̄ erat in mōtana siue deserto. sic patet Luc. 1. c. exurgens maria in diebꝰ illis abijt in mōtana cū festinatione in domū zacharie. bethphage autē nō erat ciuitas iude ꝛ terre bēiamin q̄ erat vno milliario distās a irl̄m & irl̄m ē ī sorte bēiamī. Josue. 18 c. etiā q̄ loc⁹ in quo erat domꝰ zacharie erat ciuitas cū dicat in ciuitatē iude. & tn̄ bethphage nō erat ciuitas sed viculꝰ pauca domorū vt doctores beda & remigiꝰ dicūt. Itē q̄ bethphage nō erat in mōtanis ꝛ erat in latere mōtis oliueti. maxīe q̄ ciuitates sacerdotū erāt in sorte iude & symeō. Josue. 21. c. & in sorte iude q̄ est quedā ps q̄ vocat mōtuosa alia q̄ vocat desertuz. Josue. 15. & in deserto illo erāt ciuitates quedā date sacerdotibꝰ & in vna illarū morabat zacharias. & ita nō est verū q̄ bethphage esset viculꝰ sacerdotū. i. ad quē illi declinarēt cōsumato officio suo. Sed potest dici q̄ erat locꝰ sacerdotū q̄ forte parabāt ibi hostias. i. aīalia q̄ ad sacrificiū erāt necessaria vl̄ alia q̄ ad libamīa ptinebāt eo q̄ locꝰ ille erat prope irl̄m. De mōte oliueti dciendū q̄ erat mōs iuxta irl̄m & distabat a irl̄m p̄ dimidiā leucā si ue p̄ mille passus qō idē est. sic patz Actu. 1. ſ. reuersi sunt irl̄m a mōte q̄ vocat oliueti q̄ est iuxt irl̄m sabbati habēs iter: & tn̄ iter sabbati est mille passuū. ſ. quantū licebat iudeis sabbatū ambulare & hoc erat p̄ mille passus. Erat iste mōs cōtra orientē respectu irl̄m & in illo fecerat salomō tēpla ydolis vxorū suarū q̄ pmanserūt vsq; ad tēpora iosie regz 4. re. 23. c. ipse enī deleuit illa: & de illo mōte ascēdit xp̄s in celū fit magna mētio in scriptura de isto mōte eo q̄ erat iuxta irl̄m in isto mōte dicit deꝰ aliqn̄ apparitur zacha. 14. Et stabūt pedes eiꝰ in die illa sup montē oliuarū q̄ est cōtra irl̄m ad orientem & scidet mōs oliuarū ex media p̄te sui ad orientē & ad occidentē p̄rupto grandi & sepabitur mediū mōtis eius ad aglonē & mediū ad meridiē. Vocat autē iste mōs oliueti vel oliuarū q̄ habūdat oliuis cū sint ibi p̄edia oliuis plena. Et iō aliqn̄ vocat mōs oliuarū & aliqn̄ oliueti qō idē est. Et etiā vocatur interdū filiꝰ olei vt ō Isa. 5. c. vinea facta est dilecto meo in cornu filij olei: cornu dicit extremitatē. sicut dicimꝰ dextruz vel sinistrū cornu altaris. ſ. q̄ vinea illa erat in quadā extremitate mōtis oliuarū & vocat filiꝰ olei q̄ sub oleo est q̄ oliue sup illud crescunt & se extollūt & oē qō alteri subditū est vel minꝰ vocat filiꝰ. sic irl̄m vocat filia syon q̄ est subdita mōti syon. ſ. q̄ ciuitas circūfundit lateribꝰ montis & vertex mōtis supemi net vbi: ad istū montē venit nūc xp̄s de iericbo vt transiret in irl̄m. ¶ Querit quare misit xp̄s discipulos p̄ asina: ¶ Dicendū q̄ solū factū est ad implendū ꝓpheticū dictū oportebat enī q̄ messias intraret in irl̄m eqtans sup asinā. Et patet hoc ex littera cū dicit matb. hoc totū factū est vt ipleret q̄ dictum est p̄ ꝓphetā. & ita nulla alia necessitate stante petiuit asinā licz nullā tūc pateret fatigationē: & hoc a ꝓpinquo petiuit illā: q̄ satis erat ad implendū dictū ꝓpheticū intrare irl̄m sup asinā eqtādo. Nūc autē fuit cōueniēs venire sic potiꝰ q̄ alio tpe. eo q̄ istud fiebat ad ondendū se regē: nā dicit ecce rex tuꝰ venit tibi sedēs sup asinā. in eo ergo q̄ sup asinā veniebat ondebat se illū esse de quo ꝓphete loq̄bātur. Et tn̄ xp̄s nō voluit ante hoc se ondere regē sed nūc in fine vite: ideo nō debuit ante hoc sic intrare. Et ita multa alia xp̄s tacebat dū viueret q̄ ꝓpinquus morti declarauit. sicut q̄ esset xp̄s & filius dei p̄dicari voluit q̄diu viueret: sed in vltimo die cū esset ante cayphan ipse asseruit se esse filiū dei. Mar. 14. c. Secūdo quia xp̄s circa mortem suam omnia egit clariora tā in verbis q̄ in dictis nā p̄ius erat periculū aliquod si se ondēret q̄ vel impedire tur passio sua vel acceleraretur & nō posset oīa consumare q̄ intendebat. Circa mortē autē nō erat inconueniēs licet mors accelleraretur ideo omnia clariora faciebat. Sic dicit Crisoꝰ postq̄ dn̄s sue virtutis sufficientē expericiā dederat & crux instabat ī ianuis oīa cū maiori agit claritate que aduersarios inflamatura erant: & ideo q̄ quis multociens p̄ius ascenderit ierosolimā nunq̄ tamē cū tanta excellentia sicut modo. Tertio vt nō esset iudeis occasio excusationis q̄ eū ex ignorantia occidissent: ideo nūc clariora opera quā p̄ius agit: vt agnoscere possint q̄ messias sit & si agnoscere noluerint nō habeāt excusationē. sic dicit theophilꝰ. ſ. egtans sup asinā venit vt si velint valeant gloriā eius cognoscere & ꝓphetias de eo completas scirent & q̄ est verus deus. si vero noluerint manus fieret eis p̄eiudiciū q̄ tot apertis & claris miraculis nō credidērūt. ¶ Queritur cū xp̄us misit p̄o asina & pullo quare misit duos discipulos: ¶ Dicendū q̄ licet apostoli nō essent sub illa lege q̄ bini mitti deberent. misit eos nūc duos. p̄imo q̄ honestius erat duos mittere quā vnū quātū ad psonas ipsoꝝ missoꝝ: nā quando duo sunt vnus testimoniū alteri perhibet an bene vel male egerit. etiā vnus est alteri causa honestatis. si ue ad malū occasio ei sit. solus enī neminē erubescit. duo autē si fuerint vnus alterū erubescet & erit ei quedā necessitas p̄obitatis nisi ambo mali sint participes. xp̄s autē habebat discipulos ad quos pertinebat custodia honestatis ideo cōuenientius erat eos ire binos quā solos & singulares mitti. Secundo ex causa mittentis. honestius enim reputatur mittens per duos q̄ per vnū. potissime q̄ xp̄us nunc omnia agebat cum quadam claritate ante mortē vt Crisoꝰ dicit. ideo duos mittere debuit. sic enim & ad parandū pasca duos discipulos misit. Mar. 14. c. ¶ Tertio fuit forte ex conditione actus vt melius exercerent. iusserat enim xp̄s eis deferre asinā & pullum quod apertius facerent duo q̄ vnus ideo cōueniens fuit duos mittere. ¶ Querit qui fuerunt isti duo discipuli: ¶ Dicendū q̄ nō apparet qui essent q̄ nemo triū euangelistarum qui hanc rem scripserunt expressit hoc. Aliqui autē dicunt q̄ fuerūt petrꝰ & ihes vl̄ iacobꝰ & ihes. Mā istos tres hēbat xp̄s familiariores sibi sup ceteros: vt patet in suscitatione puelle supra. 9. & Mar. 5. & Luc. 8. Et in transfiguratione supra. 17. & Mar. 9. & Luc. 9. & in passione infra. 26. ideo duos de istis mitteret. & patet quia parare cibos similis ministratio est. ſ. nullius honoris & tamē ad istam faciendā misit xp̄us petrum & iohānem quando vltimā cenam parari fecit. vt patet Luc. 22. c. ita ergo & nunc verisimile est q̄ illos duos mitteret. Et maxime quia mittebat eos cōtra iudeis qui eis repugnaturi erant super pullo & asina ducendis. & ipsi dicturi erant q̄ xp̄s mittebat eos ideo honorabilius erat q̄ tunc duo apparerent missi q̄ vnus & q̄ isti essent de p̄cipuis. ſ. petrus & iohānes credendū est ergo q̄ illi fuerint. Alia causa est q̄ dicit q̄ erāt duo & non dicitur qui erant: nā verisimile erat q̄ p̄cipui cēnt & ideo q̄ nominū expressiōe opus nō esset: sicut & de partione ciborū dicūt euāgeliste q̄ duos discipulos misit nō expressis noib⁹ & lucas exp̄ssit q̄ illi essent petrꝰ & iohānes. ¶ Que-

Q°. 3.

Q°. 4.

Q°. 5.

Q°. 6.

fuerit ante transitū cristi per iericho ⁊ illuminationē cecorum ibi ⁊ est ordo certus .scilicet posq̄ cristus venit in bethania hac vltima vice venerunt multi iudei de iherusalem vt viderent eum ⁊ lazarum quē suscitauerat: ⁊ mansit ibi die sabbati ante ramis palmarū ⁊ erant tunc sex dies ante pascā: quia pascha incipiebat sequenti die iouis ad vesperam. ⁊ die dominica post sabbatū recessit de bethania. quia dicitur iohannis 12.c. in crastinū autem turba multa que venerat ad diem festum cum audisset q̄ ihesus iherosolimaz venit acceperunt ramos palmarum ⁊ processerunt ei obuiā ⁊ clamabant osanna. ⁊ tunc cristus veniebat in via. ergo die quinto ante pascha recessit de bethania ⁊ introiuit in iherusalem ⁊ iste est dies ramis palmarū. istud enī fuit conuenienter factum scilicet vt responderet figuratū figure. erat enī agnus paschalis figura cristi p̄ nobis īmolandi. vnde dixit apostolus .1. chorin .5.c. pascha nostrum īmolatus est cristus . ⁊ tamen de agno paschali iubetur. exodi .12.c. q̄ die decimo mensis acciperetur ⁊ teneretur in domo. die autem quartadecima ad vesperam īmolaretur. Ita etiam cristus die decimo mensis iudeoruz venit in iherusalē: quia venit quinto die ante festū pasce . erat quartusdecimus mensis .scilicet dies iouis ad vesperam ⁊ ita erant quinqz dies scilicet cōputando diem dominicā ⁊ diem iouis. ⁊ ex die dominica scilicet die decimo tenebatur in domo scz in iherusalem que erat domus occisionis sue: ⁊ die quartadecima ad vesperam cepit īmolari: quia cepit pati captus tunc a ministris iudeorum ⁊ sequenti die cōsumata est passio eius de hoc dicit rabanus scilicet nondū autem q̄ hic introitus eius in iherusalem fuit ante quinqz dies pasce. narrat enim iohannes q̄ ante sex dies pasce venerit in bethaniam ⁊ in crastinum asino sedens venerit in iherusalem. vbi notanda est concordia non solum in rebus sed etiam in temporalibus veteris ⁊ noui testamenti. decima enī die mensis primi agnus qui in pascha īmolaretur domū introduci iussus est: quia dominus decima die mensis eiusdem hoc est ante quinqz dies pasce ciuitatem
Q°.44 in qua pateretur erat ingressurus. ¶ Queritur quando cristus introiuit in templū de quo nunc dicitur ⁊ quare. ¶ Dicendū q̄ cristus introiuit in illud ipsa die qua introiuit in vrbem ⁊ statim vt illuc introiuit. nam mox vt introiuit in vrbē recto gressu profectus est in templū ⁊ ingressus est in illud ⁊ non diuertit ad aliquid aliud anteq̄ in templum veniret. Et hoc satis innuit littera .quia mox vbi dicit eum ingressum in vrbem dicit q̄ intrauit in templū quasi non fuerit vlla distancia inter vnū ⁊ alterum. Causa autem prima fuit quia cristus istum honorem nunc recepit vt pateret omnibus q̄ ipse ostendebat se esse messiā ⁊ regem israel. intrauit autem in vrbem vt videret tota ciuitas quomodo turbe que precedebant et sequebantur clamabant vocantes eum messiam ⁊ regem israel. ⁊ tamen illi quibus maxime res ostendēda erat erant pōtifices ⁊ sacerdotes ⁊ pharisei quibus populus credebat et isti in templo erant: ideo fuit conueniens q̄ iret in templum ⁊ ibi idem ostenderet qō coram populo ostenderat . nam ibi pueri clamabant osanna benedictus qui venit rex israel. infra in littera ⁊ marci .11. ⁊ hoc manifeste viderūt pontifices ⁊ pharisei . indignati sunt. ideo ita fuit necessariū ire in templum sicut ire in iherusalem . Secunda causa fuit propter miracula que ibi fecit ad confirmandum id quod de eo dicebatur. turbe enī ⁊ pueri clamabant eum regem israel ⁊ messiam: ⁊ ad confirmationem huius fuerunt miracula que fecit scilicet q̄ cecos ⁊ claudos sanauit isti autem erant in templo. ideo conueniens fuit vt illuc irent ⁊ occurrerent sibi illi in quibus ostendere possent statim vera esse que de eo dicebantur. Et ita dicitur infra in littera q̄ cum introisset in templū accesserunt ad eum claudi ⁊ ceci. Tertia fuit quia cristus volebat ostendere potestatē suam ⁊ vera esse ea que de eo dicebantur ex alio signo scilicet eiciendo ementes ⁊ vendentes de templo in quo potestatem spālem ostendebat quia magnū erat q̄ ipse solus omnes illos eiceret ⁊ non resistere nt ei. etiā ostēdebat se a deo missum ⁊ spāliter pertinere ad ipsum quā ceteri homines cuz de domo dei specialem curam habuerit eiciendo inde ementes ⁊ vendentes. quod facere non posset nisi iret in templum ideo fuit conueniens quia illuc iret. Quarta fuit quia cristus volebat se ondere magistrū spūalis salutis cū de eo diceret q̄ esset messias: sicut vere erat. Salus hec a deo q̄uenit et illaz orando impetram⁹ qz quicquid petierimus fiet nobis .j. in lfa. et luc .17. ⁊ iob .16. loeus autē oratiōis lz vbiqz sit iob .4 tamē spāliter est in templo dei: sicut dixit hic xps .dom⁹ mea domus orationis vocabitur. ideo cum omnes ob hoc ad tēplum conuenire debeant ad orandum maxime competebat cristo qui erat magr̄ ⁊ actor spūalis salutis ⁊ talem se credivolebat. ¶ Queritur quare iuit in templum statim vt introiuit Q°.45
in vrbem ante q̄ ad alia diuerteret. ¶ Dicenduz q̄ p̄mo fuit ꝓpter turbam. nam ipse volebat ire in templū honorabiliter sicut introiuerat in ciuitatē comitatus turbis canentib⁹. Secundo fuit ꝓpter turbam ⁊ sacerdotes .s. vt viderent turbe que cum ipso ibant quomō constanter rīdebat pontificibus et phariseis qui indignati fuerant .quia xps laudabatur a pueris et ipe rndit illis constanter q̄ illa erat bona laus ita q̄ nō ausi fuerint replicare ad eius responsionē pontifices. ⁊ hoc tota turba vidit ex quo confirmaretur nimis fides quaz habebant vel opinio de xpo. Tercio fuit vt videret totus populus quia ipse se talem ostenderet qualem ipsi eum laudabant nam messiam eum dicebant et a deo missum vel in nomīe domini. ideo voluit p̄sente toto populo ostendere q̄ in nomine domini veniebat. s. q̄ a deo curam habebat de his que ad deum pertinebāt. ⁊ quia potestatem exercebat specialem eiciendo mirabiliter eos qui in templo negociabantur. Quarto fuit quia ihesus erat messias ⁊ filius dei: et ideo magis pertinebat ad eū q̄ ad ceteros hoīes. ⁊ ita ad ipsum maxima cura pertinebat de rebus diuinis. Quinto fuit quia ipse veniebat vt per omnes actiones suas nobis exemplū agendi p̄staret ⁊ tamen ipse suaserat q̄ in actionibus nostris ꝓponerem⁹ ea que ad deū pertinent ꝑm tempus .5.6.c. primū querite regnū dei ⁊ iusticiā eius ⁊c. Sexto fuit quia xps veniebat in iherusalem vt medicus animarū. sed medicus attendit originem morbi vt ex eo incipiat ponere remediū medicine. Et tamen origo mali erat in sacerdotibus ⁊ phariseis qui in tēplo erāt ergo ante omnia debuit ire in templū. de his tribus vltimis dicit crisostom⁹. hoc erat p̄priū boni filij vt ad domū curreret patris ⁊ illi honorē redderet. ⁊ tu imitator cristi factus cuz aliquā ingressus fueris ciuitatē primū ad ecclesiā curras. hoc etiā erat boni medici vt ingressus ad infirmā ciuitatē saluandam. primū ad originē passionis tenderet. Nam sicut de templo omne bonū egreditur: ita in templo omne malū procederet. si enī sacerdotiū integrū fuerit tota ecclesia florebit. si autez corruptū fuerit omniū fides marcida est. sicut enī cū videris arboreż pallentibus foliis intelligis q̄ viciū habet in radice: sic cū videris populū indisciplinatū sine dubio cognosce: q̄ sacerdotiū eius nō est sanū. ¶ Querit cū dicatur q̄ xps intra Q°.46
uit in templū quō est verū q̄ intrauerit: qz videt q̄ nō intrauit: qz nō licebat ei intrare cū non esset sacerdos neqz leuita. ¶ Dōm q̄ hoc p̄cedit ex equocatione. nā tēplū aliqñ accipit p̄ qbusdā partib⁹. aliqñ p̄ alijs. ad q̄dā .n. licebat xpo intrare ad q̄sdā licebat oībus laicis mūdis. alie erāt ad q̄s licebat leuitis ⁊ sacerdotib⁹. xps .n. nō ingrediebat ad aliq̄ loca tēpli nisi ad illa ad q̄ ingrediebant mere laici qz ipse nō erat sacerdos neqz leuita cū fuerit de tribu iuda. de q̄ nemo fuit vnq̄ minister tēpli vel tabernaculi. sic dicit ad hebr .7. in quo .n. hoc dicunt de alia tribu ē de q̄ nemo altario p̄sto fuit. manifestū .n. ē q̄ ex iuda ortus sit dn̄s nr̄ in q̄ tribu nichil de sacerdotib⁹ locut⁹ ē moyses. ⁊ ita sicut nullū ministeriū locoꝝ sacroꝝ xpo cōpetebat sicut neqz laicz ita neqz cōpetebat ei intrare ad aliquē locū tēpli ad quē nō intrarēt laici. Ad hoc ꝓsiderādū q̄ de tē

plo salomonis ⁊ de tabernaculo moysi quod in deserto fabricatum fuerat idem modus erat. tabernaculũ enim proprie dictũ erat quedã domus habens in longitudine cubitos triginta: in latitudine decẽ: ⁊ altitudine decem: ⁊ latera eius tria: scilicet meridianũ aquilonare ⁊ occidentale. erant de tabernaculis latus vero orientale: quodam velo vel tentorio pendente operiebat. tectum autẽ quatuor operimentis tegebat. de his patet exodi. 26. c. ⁊ sm longitudinem diuidebatur domꝰ ista in duas partes. ⁊ vna pars que erat versus occidentẽ habebat cubitos decem in lõgitudine ⁊ cõsequẽter erat quadrata quia totidem habebat in altitudine ⁊ totidem in latitudine. alia pars que erat versus orientẽ ⁊ per quã erat introitus habebat in longitudine cubitos. 20. in latitudine aũt decem ⁊ in altitudine decẽ. ⁊ ideo erat quadrãgula. prima que erat quadrata vocabatur sanctũ vel sanctuariũ. exodi. 26. ⁊ distinguebantur hec due partes eiusdem domus quodã velo interposito pendente in postibus: siue colũnis. eo. c. ad partem illam que vocatur sancta sanctorũ nemo intrabat nisi sũmus sacerdos: semel in anno in die expiatiõis cũ sanguine ad expiandũ pro se ⁊ toto israel. ad hebre. 9. ⁊ leui. 16. in aliam partem que vocatur sanctũ quã apostolus vocat priorẽ: quia per illã erat introitus ad secundã: intrabant quotidie sacerdotes aliqui ad faciendũ misteria quotidiana ad hebre. 9. c. ⁊ non intrabant nisi illi quibus cõpetebat ministrare siue ex institutione siue ex sorte siue alias. leuite aũt nunq̃ intrabant in partes istas. Et ita apparet qꝫ in tabernaculũ moysi nemo intrabat nisi sacerdos. neq; saltẽ videre licebat aliquid eorũ que intus erant. vñ etiã ⁊ leuitis ad quos ptinebat portare tabernaculũ ⁊ omnia vasa eius de loco in locũ mouenda erãt castra. numeri. 3. ⁊. 4. non licebat videre vasa sanctuarij. i. tabernacula quãdo muda erant: quia alias morerentẽ. numeri. 4. ⁊ ideo anteq̃ illi ea acciperent intrabant sacerdotes ⁊ inuoluebant ea operimentis suis. ⁊ tunc deposito toto tabernaculo accipiebant ea leuite. eo. c. ergo non licebat eis aliquo tempore intrare in tabernaculum: quia quãdocunq; intrarent viderent vasa muda ⁊ ita morerentur. numeri. 4. quod deus euitare volebat. a fortiori ergo nulli laico licebat introire in tabernaculũ quod fecit moyses in circuitu tabernaculi. erat quasi quidam murus de velis siue de tentoriis facto de bisso retorta: que pẽdebant ex colũnis quarũ quilibet erat cubitorũ quinq; in altitudine et pertingebant tentoria vsq; ad terrã. ⁊ affigebant terre paxillis ⁊ funiculis vt non mouerent a vento. erat autem iste murus per quatuor latera vt in medio clauderet tabernaculum. latus autem aquilonare habebat in longitudine cubitorum centũ ⁊ colũnas viginti in quibus tendebant ipsa tentoria. latus aũt meridianũ totidem cubitos ⁊ colũnas totidem. i. viginti. latus occidentale habebat in longitudine cubitos quinquaginta ⁊ colũnas decem. latus vero orientale totidem cubitos. i. quinquaginta ⁊ colũnas decem ⁊ in medio huius lateris erat porta ⁊ istud spacium clausum hoc muro: vocabat atrium ⁊ erat taliter qualiter dispositũ est. exodi. 27. c. Et in isto atrio extra tabernaculũ erat altare holocaustorum in quo omnia sacrificia offerebant: ⁊ de isto atrio dom qꝫ intrabant in illud omnes leuite quãdocunq; volebant. laicis autẽ omnibus licebat illuc introire quãdo offerre volebant sacrificia quia accedebat qui offerebat aliquod animal vsq; ad altare holocaustorũ iuxta hostiũ tabernaculi. Et tamen ista sunt intra quãtũ prefatũ: ideo illuc introibant laici ⁊ ibi comedebãt de partibus sacrificiorũ sibi prouenientibus. alijs autem tẽporibus nõ intrabant illuc. talis erat habitudo sacerdotũ leuitarũ ⁊ laicorum ad sanctuariũ quod moyses fecit in deserto. istud aũt cessauit tempore salomonis facto templo per ipsum salomonẽ. ⁊ ideo cristus nunq̃ intrauit in sanctuarium factũ a moyse neq; in aliquã partem eius: quia tempore cristi non erat illud sanctuariũ: sed introiuit in templũ salomonis

De templo salomonis dom qꝫ habebat similitudinem magnã cum templo siue tabernaculo facto per moysen. q̃tũ ad distinctionẽ locorũ. fecit enim salomon domũ quandã longitudinis cubitorũ sexaginta latitudinis vero viginti. altitudinis autem centũ viginti cubitorũ. 2. paralipo. 3. c. ⁊ sm longitudinem diuidebatur domus ista in duas partes. pars anterior erat cubitorũ quadraginta in longitudine ⁊ viginti in latitudine. ⁊ ista vocabatur sanctum vel sanctuariũ. pars posterior que erat ad occidentẽ erat cubitorum viginti in longitudine ⁊ totidem in latitudine ⁊ vocabatur sancta sanctorũ. 3. regũ. 6. ⁊ 2. palalipo. 3. c. ⁊ ita domus tota erat operta tecto ⁊ erat in modũ turris: quia altitudo erat dupla ad longitudinẽ. ⁊ sexta pla ad latitudinẽ. ⁊ in partem anteriorem nõ intrabant nisi sacerdotes ad ministrandũ quotidie illi scilicet quibus sorte puenichat ministratio in secundã partem que vocabatur sancta sanctorũ non intrabat quisq̃ nisi sacerdos magnus semel in anno sicut dictũ est de tabernaculo moysi. ad hebre. 9. c. ⁊ in totam istam domũ siue in anteriorẽ siue in posteriorẽ nõ intrabant laici aliqui neq; etiã leuite. ideo cristus nunq̃ intrauit in illam. vnde accipiendo templũ pro aliqua duarum partium predictarum: non intrabat cristus in templũ sed extra templũ istud ad partem eius orientalem iuxta portam erat spacium quoddã viginti cubitorũ in longitudine ⁊ in latitudine cubitorum. 10. 3. regũ. 6. ⁊ erat iuxta illud spacium quod vocabatur porticus: quedam platea quadrata etiã ad partem orientalem templi clausa muro: sed nõ habens tectũ ⁊ vocabatur atrium sacerdotũ in qua platea erat altare holocaustorum ⁊ vasa eius ⁊ fiebant omnia sacrificia intra istam plateam. ⁊ vocabatur atrium sacerdotũ: quia officia sacerdotũ interius fiebant. scilicet sacrificia. ad istud atrium introibant sacerdotes omnium qui ministrabant. etiam leuite qui sacerdotes adiuuabãt in ministrãdo vt canendo. ⁊ circa quedam alia in quibus leuite subministrabant sacerdotibus. ⁊ ad istud atrium nunq̃ intrabant laici sed quando volebant offerre sacrificia accedebant ad hostium istius atrij: ⁊ ibi presentabãt animalia imolanda sacerdotibus qui suscipiebant ea de manibus eorũ. Erat autem alius murus magnus qui claudebat templũ ⁊ atrium ⁊ porticũ supra dictum intra quẽ erant magna spacia que distinguebantur in partes ⁊ ad omnia ista licebat laicis introire. Et ista erant ad orandũ ⁊ audiendũ doctrinã legis. Et erat ibi quedam pars in qua erant viri laici: ⁊ alia in qua erant femine. ⁊ iste subdistinguebantur quia quedã erant pro mundis: alie pro immundis de quo latius dictum est. 3. reguꝫ. 7. c. ⁊ in istas partes ad quas laicis introire licebat introiuit xps sepe ad orandum ⁊ predicandum: ⁊ nunc in istam partem intrauit. ⁊ tamen proprie non vocatur templũ nisi domus illa que diuidebatur in duas partes vt supra dictum est inq̃ nunq̃ cristus introiuit. Exteriora autem vocantur atria templi proprie ⁊ non templum: ⁊ tamen large vocantur hic templum: ⁊ sepe apud euãgelistas quando asserunt cristum intrasse in templũ vel predicasse in eo. ¶ Queritur cum dicatur qꝫ cristus eiciebat nunc de templo ementes ⁊ vendentes. ⁊ ioban. 2. etiã dicatur quomodo eiecit ementes ⁊ vendentes an idem sit quod hic ⁊ ibi refertur vel diuerso tempore factũ fuerit. ¶ Dicendũ qꝫ nõ fuit factum idem. quod patet primo. quia illud quod iohannes scribit factum est in principio predicationis cristi. istud autem factum est in fine. Nam die ramis palmaruꝫ facta est ista eiectio ementiũ ⁊ vendentium scilicet die qua venit de bethania ⁊ introiuit in iherusalem ⁊ turba cantante ⁊ tunc intrauit in templum ⁊ eiecit ementes ⁊ vendentes vt colligitur supra in littera. ⁊ iohannis duodecimo. c. ⁊ ex his que dicta sunt supra. Sed illud quod iohannes scripsit fuit in principio predicationis ipsius quod patet: quia iohannes posuit in principio euangelij. ⁊ postea descripsit omnia gesta cristi. sed quia aliquis forte diceret qꝫ est anticipatio vel recapitulatio. dicendum qꝫ ordo rectus est ⁊ qꝫ vere fuit illa eiectio vendentium saltem duobus annis ante mortẽ cristi. quia ioban. 2. c. vbi di

Q°. 47

citur istud ponitur q̄ erat prope pasca iudeorum: ⁊ ascendit cristus iherosolimam ⁊ inuenit vendentes ⁊ ementes: ⁊ eiecit eos de templo. ⁊ postea. 6. c. ponit aliud pasca iudeorū scilicet quando saturauit turbas. ⁊ postea. 12. c. ponit aliud festuz pasce. scilicet quando venit de bethania in iherosolimā cum ramis ⁊ turba canente. ⁊ ita tria festa pasce faciunt duos annos. ⁊ tamen in isto festo pasce in quo introiuit cristus cum ramis in iherusalē ⁊ quod fuit vltimū pasca vite sue eiecit cristus ementes ⁊ vendentes de templo vt colligitur hic ⁊ mar. 11. ⁊ luce. 19. ergo non fuit eadem eiectio. Secundo apparet quia illa vice qua eiecit ementes ⁊ vendentes vt iohannes refert quesitum fuit signuz a cristo quare hec faceret ⁊ dixit eis soluite templū hoc ⁊ cetera. ¶Nunc vero nullum signū petiuerunt vt patet hic ⁊ mar. 11. ⁊ luce. 19. Tertio patet quia istud asserunt doctores. ¶Nam augustin⁹ libro de concordan. euangelistarū dicit manifestū est autem hoc idest eiectionem ementium ⁊ vendentiū de templo non semel: sed iterum a dño esse factum. sed primū cōmemoratū est a iohanne. hoc vltimū a ceteris tribus. Crisostomus quoq; ait in quo maior est accusatio iudeorum quā cum bis hoc idem fecisset mirabantur in
Q°. 48 sua demencia. C Queritur de ista eiectione quā nunc fecit cristus postq̄ cum ramis introiuit in iherusalem qua die facta est. C Dicendū q̄ postq̄ cristus venit in iherusalez die ramis palmarū scilicet die quinto ante pasca quotidie redibat ad vesperam de iherusalem in bethaniā ⁊ sequenti die veniebat iterum in iherusalem ⁊ predicabat ibi ⁊ iterum ad vesperā egrediebatur de vrbe ⁊ manebat in bethania siue in monte oliueti vt colligitur infra in littera. ⁊ mar. 11. ⁊ luce. 19. ⁊ idem beda dicit. Et quotidie in templū intrabat. ¶Nam quando intrauit in iherusalem in die ramis palmarū intrauit in templū: vt colligitur hic in littera. ⁊ mar. 11. Et quātū ad hoc nō est difficultas: sed solum q̄ cum quotidie intrauerit in templū istis diebus qua die earū inuentos ementes ⁊ vendentes expulerit. nam in hoc aduentu solum semel hoc egit: ⁊ ex ordine narratiōis mathei videtur colligi q̄ prima vice qua intrauit in templū. ex narratiōe autem marci videtur imui q̄ secūda die fecerat. Dicenduz q̄ satis potest teneri vtrunq; cum difficile sit inuenire causam aliquā plane ostendentē q̄ potius vna
Q°. 49 die q̄ altera factum fuerit. C Queritur cū eiecerit vendentes de templo quid isti vendebant ⁊ vbi. C Dicendū quātū ad locum q̄ large accipitur templū. ¶Nam sicut dicebatur supra. q. proprie templū non erat nisi quātū ad duas domos interiorē scilicet ⁊ exteriorē ⁊ ad istas non intrabant leuite aliqui neq; laici. sed sacerdotes soli iuxta distinctionē ibi datam. atria autem exteriora vocabantur templū large. nunc manifestum est q̄ ista que vendebant non erant in templo proprie dicto: sed in atrijs templi in locis illis ad que intrabant laici ad orandū. ¶Nam erant ibi magna spacia intra murū exteriorem. Et ita poterant ibi esse vt orantes ⁊ etiam cōcursus mercium. ¶Non aūt vendebantur absolute in templo omnia venalia quasi ibi fierent publice nundine: sed soluz ea vendebantur que ad sacrificium pertinebant. scilicet oues. boues. capre. columbe. ⁊ turtures. de animalibus enī nulla alia offerebantur vt colligitur leui. primo. ⁊. 3. c. vbi ponitur omnis modus faciendi sacrificia de animalibus ⁊ omnia genera: ⁊ non ponuntur nisi ista. propter hec erant necessaria libamina ad sacrificia ⁊ ista erant quinq;. scilicet similia. oleum. vinuz. sal. ⁊ tus. numeri. 15. c. hec sola erant que in altari offerebant. ideo ista sola ibi vendebantur in templo. sic dicitur iohā. 2. c. inuenit in templo vendentes oues ⁊ boues ⁊ columbas: ⁊ per hec intelliguntur alia que ad sacrificia erant conuenientia. sicut dicit beda. Et quidem credendum est q̄ ea tantū in templo vendi vel emi reperiri que ad ministeriū templi necessaria essent. si ergo ea que alibi libere geri poterant temporalia dominus in domo sua negocia geri non patitur: quanto magis ea que nusq̄ fieri licet plus celestis ire merentur si in diebus deo sacratis aguntur. Sic etiā dicit cirillus erat autem in templo multitudo mercatorū qui vendebant animalia ritu legis mactanda in hostijs. Causa autem quare ista vendebant in templo erat prima quia sacerdotes ⁊ potissime principes illoruz erant auari: ⁊ per astucias suas varias conabantur acquirere pecuniā de populo. veniebant autem omnes iudei in iherusalem ad offerēdū sacrificia ⁊ oblatiōes: quia in toto israel nō erat alius locus in quo liceret ista fieri nisi in templo domini in altari holocaustorū. leuiti. 17. ⁊ deutero. 12. ⁊ iosue. 22. c. et rursus deus iubebat q̄ nō apparerent coram eo vacui. exodi. 23. propterea afficiebantur omnes ad offerenduz aliquid. non poterant autē animalia de terra sua ducere ad sacrificandū: quia multi eorū valde distabant inde. Et quia quando venirent non haberent occasionē cessandi a sacrificijs quasi non haberent animalia in promptu. constituebant ipsi sacerdotes aliquos de familia sua qui haberent omnia hec in templo ⁊ venderent: ⁊ ita allicerentur magis homines ad offerendum sacrificia data oportunitate. cum iuxta locuz in quo imolanda erant animalia venderent ipsa ⁊ cetera necessaria. et etiam cū homines in templū introibant mouebantur quadam maiori deuotione quā cū foris manerent. Et ita sic affecti existētes facilius emebant animalia ad imolandū quā si foras ituri essent ad emendum: ⁊ hoc redundabat in magnū lucrum sacerdotum: quia iura omnia sacrificiorū ad eos pertinebant. numeri. 18. ⁊ iosue. 13. c. Secundo fiebat vt ex quantitate precij acquirerent. nam vendentes in templo carius venderent quā alibi eo q̄ excusabatur labor querendi illa animalia ⁊ cetera venalia in alijs locis ⁊ hoc lucrū sponte captabant sacerdotes. ideo de familia sua ponebant ibi venditores harum rerum. quia laici nichil auderent facere in templo sine licencia sacerdotum quorū erat administratio domus dei. C Que- Q°. 50
ritur cum dicatur hic q̄ eiecit cristus numularios de templo qui erant isti numularij. Et ad quid erant in templo.
C Dicendū q̄ numularij sunt quos cāpsores vocamus qui numos cōmutant vt facilior fit nobis vsus eorum datus caspe numorū quā voluerimus. sic dicit theophilus. numularios campsores vocat numorū. numus enī genus eris minuti est. Causa autem ponendi istos numularios erat duplex vt ex cōmutatione pecunie in pecuniā aliquid acciperent lucri.
Secunda causa ⁊ precipua erat propter accomodationes vel mutuationes scilicet vt illi qui venirent in iherusalē ⁊ non haberent pecuniā tam ad sacrificia facienda quā ad sumptus ibi necessarios inuenirent ibi mutuatores. ⁊ ex hoc aliqd acqrerent. C Sciendū etiam q̄ isti numularij erant positi a sacerdotibus ⁊ de familia sua vt ipsi ista lucra quererent: quia auari nimis erant: quia sicut dictum est precedenti. q. posuerunt sacerdotes aliquos de familia sua qui venderent animalia et omnia necessaria ad sacrificiū in templo: vt sic incitarent homines ad emendum ⁊ inde oblatis multis sacrificijs ipsi ditarentur: ita ⁊ numularios ad eandē causam posuerunt. aliqui enī erant pauperes qui paucā pecuniam portauerant vl̄ qui in alios vsus expenderant: ⁊ ideo non habebant vnde sacrificia emerent. et consequenter sacerdotes non ditarent oblatis paucis sacrificijs. Cum autem viderent ibi vbi erat locus emendorū animaliū ad sacrificia esse pecuniaruz mutuatores incitabantur omnes ad accipiendū pecunias ⁊ emendum sacrificia. ⁊ hoc proderat sacerdotibus ad duo. primo quia cuz sic plurimi offerrent sacrificia qui alias oblaturi non erant ditabantur sacerdotes ⁊ etiā si nichil aliud consequerent de pecunia mutuata magnū lucrum erat. Secūdo quia pro accomodatione aliquid lucri habebant. nō quidem q̄ directe vsuram acciperent: sed aliqua parua munera gratis data ab eis quibus pecuniā mutuabant ⁊ sub spe istorum paruorum numerum mutuabant. Sed etiam hoc illicitum erat cum ex animo esset vsura licet non ex contractu. C Queritur cū cristus Q°. 51
eiecerit de templo ementes ⁊ vendentes ⁊ numularios q̄d fe-

cit de illis que vendebantur. ¶ Dicendum q̄ cristus aliquā tulum acrius nunc expulsit venditores de templo quā prima vice de qua iohannes scribit: ⁊ ideo licet tunc illud dixerit nunc non dixit: sed quasi indignatus euertit mensas numulariorum ⁊ cathedras vendentium columbas vt dicitur hic in littera ⁊ mar. 11. ⁊ insuper effudit pecuniā per pauimentum. vt dicitur ioban. 2. scilicet ⁊ numulariorū effudit es. ⁊ satis apparet: quia cum dicatur hic q̄ euertit mensas numulariorum necesse erat q̄ effunderet es cum es supra mensas esset. animalia aūt ⁊ cetera que vendebantur dispersit binc ⁊ inde. Sz dicendū q̄ nichil istorū abstulit cristus dñis suis sed permisit q̄ illa auferrent ⁊ alibi venderent: quia ipse res que vendebantur nō erant illicite ad vendendū cum ad bonū finem proficerent idest ad cultum dei. solus autem locus erat illicitus. ideo debuerunt inde tolli sed nō fuit necesse q̄ faceret cristus illa perire. sed in penam fuit eis q̄ eicerent de loco illo in quo erant. Et q̄ cum ignominia eorū hoc fieret tam in verbo aspero. dicendū q̄ faciebant domū dei speluncam latronū quā etiā facto cum iniuria eos expellendo et cathedras eorū euertendo ⁊ venalia dispergendo ⁊ effundendo. cathedre autem erant in quibus sedebant venditores: ⁊ omnes illi habebant sedes. ⁊ tamen matheus per venditores columbaruz accipit omnes alios venditores quarūcunq̄ rerū in templo ⁊ omniū illorum cathedras euertit. simili modo locutionis vtitur iohānes. nam dicitur iohā. 2. q̄ cristus his qui colūbas vendebant dixit auferte ista binc ⁊ nolite facere domū patris mei domū negociationis. ⁊ tamen manifestuz est q̄ nō iussit solas colūbas auferri de templo: sed ⁊ omnia alia que ibi vendebā
Q.° 52. tur. ¶ Queritur quare cristus eiecit de templo ementes ⁊ vendentes. ¶ Dicendū q̄ primo fuit ad tollendum vicia de templo. nam nō erat iustum talia permitti: ⁊ quia nemo talia emendabat aut puniebat: sed potius sacerdotes qui deberēt corrigere faciebant ista cum homines de familia eorūz ad lucra captanda de mandato sacerdotum ista facerent. ⁊ ideo ipe zelo dei motus ne domus dei sic contineretur motus est ad istud faciendū. sic dicitur ioban. 2. vbi postq̄ dicitur q̄ eiecit ementes ⁊ vendentes de templo sequit. recordati sunt vero discipuli eius quia scriptuz est zelus domus tue comedit me. ⁊ sic ex zelo dei fecit. Secūdo fuit ad ostendendum se talem esse qualē populus clamabat. nam ista eiectio facta est vt verisimilius creditur die ramis palmarū quādo cristus intrauit in tēplum cātantibus turbis que dicebāt osanna filio dauid. benedictus qui venit in nomine dñi rex israel. ⁊ ita vocabant eum messiam ⁊ regez israel: sed messias erat sanctissimus ⁊ a deo missus sicut ipsi cantabant de eo. ideo debuit ostendere dato casu se habere zelum dei. ⁊ tamen nunc erat conueniens causa cum inueniret ementes ⁊ vendentes in templo. ideo debuit illos eicere. Tertio fuit quia messias erat in quo scripture cōsumande erant: quia ipse nō venit legem soluere sed implere. supra. 5. c. ⁊ quasi executor legis existēs debebat homines ad bonū inducere ⁊ aliquando cogere sm qualitatem rerum. ⁊ quia iudei non obseruabant sponte legem dei: sed inferebant offensam deo debuit cristus conuenienter repellere istaz offensam. ⁊ ideo allegauit auctoritatē scripture contra eos dicens scriptum est quia domus mea domus orationis vocabit. vos autem fecistis eam speluncā latronū. Quarto fuit quia peccabant facientes ista ⁊ pertinebat ad eum peccata impedire ne fierent ⁊ facta corrigere. peccabant autem isti in tribus. primo quia in loco indebito faciebant. nam nō erat domus dei ad negociationes. ideo quātūcunq̄ essent licite negociatiōes nō licebat eas fieri ibi: ⁊ ex loco fierent illicite. Et hoc cristus expressit dicens q̄ domus patris sui debebat esse domus orationis ⁊ nō negociationis. sic dicit ieronimus. istius modi cernens in domo patris sui negociationez seu latrociniū ardore spiritus concitatus tantā hominū multitudinē eiecit de templo. Secūdo peccabant quia iniusto desiderio ⁊ fine istud agebant. scilicet vt lucra captarent superabundantius: quia licet nō darent pecuniā ad vsuram tamē munera accipiebāt p mutuatione. ideo ieronimus eos colibistas vocat cum ait. igit q̄ vsuras nō poterant accipere colibiste pro vsuris accipiebant varias species. vt quod in numis nō licebat in his rebus exigerent que numis coemuntur. quasi non hoc ipsum ezechiel predicauit dicens vsurā ⁊ superabundantiā non accipietis. Tertio peccabant quia alijs peccandi occasionē tribuebant ⁊ hoc erat q̄ domū dei facerent speluncā latronū. ¶ Queritur Q.° 53. quomodo cristus eiecit ementes ⁊ vendentes cū ementes non peccarent sed vendentes. ¶ Dicendū q̄ vtroq̄z cristus eiecit de templo. vt dicitur hic. et mar. 11. c. et verū est q̄ nō peccabant equaliter ementes ⁊ vendentes: ⁊ tamē vtriq̄z excludi debebant. Primū patet primo quia emptores sequunt venditores: quia nō potest quis emere nisi vbi alius vendit: qui autem vendit potest vendere vbi voluerit. ⁊ ideo venditores sponte faciebant malū. emptores autē solum ex cōcomitātia vel quasi necessitate. Scō patet quia venditores peccabant ex intentione non autē emptores. Tertio peccabant venditores ex occasione quā prestabant. nam constituendo res venales prebebant occasionē latrocinij: quia venalia sunt que furto subtrahunt. emptores autem nō prebebant istam occasionez cū nichil apponerent quod furto tolli posset. Et ideo nō erant ementes ita culpabiles sicut venditores. Scm ⁊ principale erat quia vtriq̄z excludi debuerunt de templo. nam licet inequaliter participabant tamē in facto damnato. est enim negociatio illicita in domo dei. negociatio aūt non est vnius ad seipsum: sed mentis ad vendentez. ideo ambo participabant in facto illicito. Et ita excludendi simul erant. Secundo quātū ad hoc quia inter mentē ⁊ vendentē vt cōmuniter est dolus ⁊ mendacia cū vnus debito carius vendere: alius vero vilius emere contendat: ⁊ ad fulcimentū intentionis vtriusq̄z necesse est mendacia dolos ⁊ alia vicia intercedere. sic dicitur ecclesia. 27. c. sicut in medio materie infigitur palus: ita inter mentem ⁊ vendentē non deerit mendaciū. hec autem in omni loco illicita sunt: sed in domo dei detestabiliora: ⁊ tamē hec ita procedunt ex parte mentis sicut vendentis: ideo vterq̄z de templo eici debuit. ¶ Considerandū q̄ nō fuit eadem eiectio ista ⁊ illa que habet iohā. 2. Sed ista que ponitur hic ⁊ marci. 11. ⁊ luce. 19. est vna. ⁊ facta est quinto die ante mortē cristi. illa vero quā scripsit iohā. est alia ⁊ facta ē plusquā duobus annis ante mortē cristi vt ostensum est supra. ⁊ ideo nō est inconueniens q̄ sit diuersitas aliqua inter istā ⁊ illā. ¶ Sed dicendū q̄ licet vtrobiq̄z eiecerit mentes ⁊ vendentes q̄ in prima vice blandius fecit quā in secunda. tam in verbis quā in opere. Nam in prima vice dixit auferte ista hinc. ioban. 2. in secūda aūt non dixit aliquid tale: sed solum euertit mensas ⁊ cathedras. etiam in prima vice dixit nolite facere domū patris mei domū negociationis. iohā. 2. in secūda autē dixit scriptū est quia domus mea domus orationis vocabit. vos aūt fecistis eam speluncā latronū. ⁊ multo asperius est dicere speluncam latronū quā dicere domū negociationis. sic dicit crisostomus. ⁊ ratio huius est: quia primū signum de eiectione fuit in principio miraculorū cristi. ⁊ ideo non multum se ostendebat: ⁊ ita blandius loqueretur. Secundū fuit circa mortez suam scilicet quinto die ante mortem: ⁊ tunc valde se ostendebat: ⁊ omnia ex maiori potestate ⁊ diuino agere videbatur cū ait crisostomus scilicet matheus dixit q̄ eiciens dicebat nolite facere domū meam speluncam latronū. illud enim fecit ad passionem veniens. ideo durioribus sermonibus vtebatur. hoc autem in principio signorum fecit. vnde non ita aspera sz remissa quodammodo increpatione vtebatur. ¶ Queritur Q.° 54. quomodo dicitur q̄ faciebant isti domū dei speluncam latronū. ¶ Dicendū q̄ templum erat ad orandū in eo ⁊ faciendū opera diuini cultus. ⁊ qui ibi alia opera faciebant maxime que istis essent contraria peccabant abutendo templo vt erat

emere ⁊ vendere. Sic dicit origenes. in templo non debent emere ⁊ vendere sed orationibus tantū vacare qui cōgregā/tur quasi in domo orationis. nomē au ē hoc indicat quia ora toriū dicitur: ⁊ in oratorio nichil aliud agi debet nisi quod ad orationē pertinet. sic dicit augusti. nemo in oratorio aliquid agat nisi ad quod factum est. vnde ⁊ nomen accepit. Dicitur autem q̄ fit spelunca latronuz exercendo ibi contractus em/ptionis ⁊ vēditionis. ⁊ hoc vno modo scilicet quia illi qui ibi vendebant aliqua exercebant opera latronū scilicet quia si/cūt latro clam aut palam aliena tollit ita ⁊ isti venditores tol/lebant aliena. Et hoc vno modo ex generali conditione ven/ditorū qui solent carius velle vendere q̄ iustum sit ⁊ quātū manifeste vltra iustam estimationē petūt consideratis loco tē pore ⁊ ceteris circūstancijs tñ quasi latrocinādo tollunt. Se cundo ex speciali conditione istorum qui in templo vendebāt aliquid: quia ideo ibi specialiter aliquid vendebant: quia ibi maiora lucra captare poterant q̄ alibi carius vendendo. Et ideo specialiter ibi potius q̄ alibi vendebant vt dictū est supra. sic dicit nicolaus q̄ fecerunt eam spelunca latronū: quia nō curabant de cultu dei: sed magis de excoriatione populi per astucias exquisitas. sic etiā dicit ieronim⁹. latro enim est ⁊ templū dei in latronū conuertit specum qui lucra de religio/ne sectatur. Tertio potest vocari spelunca latronū: quia spe/lunca latronū est locus vbi spolia que rapiunt congregantur Hoc aūt fecerunt sacerdotes de templo quia in templo rapi/ebant: ⁊ ibi congregabant. nam carius per astucias suas ven dendo rapiebant. Quarto potest accipi q̄ isti faciebant tem/plum spelunca latronū. scilicet q̄ dabant occasionē latrocinij. Nam vbi sunt multa venalia vt in nundinis inter multos qui ad emendū veniunt. multi veniunt vt rapiant vel furentur. ⁊ vocatur proprie spelunca: quia illa est latibulū. ⁊ ita cum in templo multi essent ⁊ ad venalia plurimi concurrerent inter eos latere poterant qui volebant furari. ⁊ qui furarent faci/lius ibi q̄ alibi occultarent propter multitudinē existentium in templo: ⁊ nō possent fures agnosci. Quinto dicunt aliqui q̄ vocatur spelunca latronū: quia qui ibi sedebant venerant ad accipiendum munera pro mutuationibus ⁊ de venditioni bus lucra captabant. ideo si aliqui nō dabant eis munera cō/tra illos calūnias ⁊ damna excogitabant per que bona eorū auferrent sicut latro aufert sicut dicit gregorius. qui enim ad accipiendū munera in templo residebant: quia quibusdaz nō dantibus lesiones exquirerent dubium nō erat: sed precedēs
Q°.55. modus verior est. ¶ Queritur quomodo nunc sacerdotes faciebant vendi ista in templo: quia iam iteruz expulerat xps ementes ⁊ vendentes de templo. ¶ Dicendū q̄ nunc fuerunt venditores in templo post primā vicem qua cristus expulit eos de templo vsqz nunc quādo eos iterū expulit aut saltem nunq̄ fuerunt tempore quo eos xps videre posset ibi. mul/to enī tempore cristus ambulauit in galilea quo non venit in iherusalem ⁊ illo tempore etiā si essent venditores in templo nō poterat cristus eos expellere modo predicto quia absens erat. Et tamen hoc tenendū est q̄ quādocunqz cristus vidit vendentes in templo expulit eos: quia alias erat incōueniens vt dictuz est: ⁊ apparet quia prima electio ab eo facta fuit in principio predicationis ⁊ miraculorū suorū vt dicitur. ioh. 2. ⁊ dicit illud crisosto. ⁊ augusti. secunda aūt scilicet ista de qua hic fuit in fine vite ideſt die quinto ante mortem suā. Signuz ergo est q̄ in illa nulla parte medij ēporis tolerauerit emen tes ⁊ vendentes in templo cum in principio predicationis: ⁊ in fine illud egerit: quod fortassis posset tolerari si solum in principio aut solum in fine istud egerit. modus aūt ad hoc cē videtur scilicet q̄ isti venditores non solebant esse ante primā electionē factam a cristo semper in templo. sed solum tempo/re magnarū festiuitatū quando omnes iudei conueniebant in templū in iherusalē. Nam ter in anno tenebantur omnes iu/dei masculi venire ad iherusalē in templuz. exo. 23. ⁊ 34. c. ⁊ quia quādo veniebant nō debebant aparere vacui. exodi. 23. offerebant sacrificia multa. ⁊ tunc propter concursum multa/rū gentiū que multis animalibus ⁊ libaminibus ad sacrificia indigebant conueniebant venditores in templū. alijs autem temporibus quando nō erat talis concursus hominū ad tem plum nō erant venditores in templo. ⁊ hoc etiā colligitur q̄ iste due eiectiones facte a xp̄o fuerunt in pasca licet diuersis tē poribus. Secūdo dicendū ⁊ melius q̄ hoc fecerunt nunc q̄ putabant verisimile q̄ nō veniret cristus ad istud pasca in tē/plum: ⁊ ita non expelleret eos de templo. nam post suscitatio/nem lazari facto consilio iudeorū contra cristum dederunt mā datum pontifices ⁊ pharisei vt si quis cognouerit vbi sit indi cet vt apprehendant eum. propter quod cristus fugit in ciui/tatem effrem. iuxta desertum. ioban. 11. quod sacerdotes sci/ebant ⁊ ita credebant q̄ non veniret: ⁊ sic secure possent esse venalia in templo: vel si venire vellet: quia iam mandatū da/tum erat de apprehendendo ipsum nō posset excludere ven/ditores de templo. Et ita ausi sunt ponere nunc venalia in templo quod non fecerant precedenti tempore ex principio predicationis cristi. Et turbe etiam hoc putabant q̄ cristus non veniret ad festum illud ⁊ inter se de hoc querebant. iohā. 11. dicentes quid putatis quia nō venit ad diem festum. venit tamen cristus preter opinionē iudeorum ī templū in festiuita/te illa. Et ita exclusit venditores de templo. ¶ Querit quo modo poterat nunc cristus solus existens tantā multitudinez Q°.56. eicere de templo ⁊ quomodo nō resistebant ei. ¶ Dicenduz q̄ vere per violenciā cristus istud egit ⁊ non sponte hoc ipsi passi sunt. nam damna rerum suaruz quas quis valde amat sponte nemo tolerat. ⁊ tamen magna damna erant ista scilicet q̄ cristus abigeret pecora ⁊ euerteret omne es ⁊ colūbarum cathedras. Et etiā q̄ istud ad ignominiā faceret eorum ⁊ tñ paciebantur nō resistentes ideo erat violentia. Sed modus ad hoc faciendū erat q̄ incuteretur timor illis vt resistere nō auderent. Et hoc poterat fieri multipliciter. primo per solaz immutationē interiorem incuciendo timorem eis ⁊ nichil in seipso ostendendo exterius per quod illi timerent: sed solum in animo eorū causando istā passionē timoris. quā passionem deus aliquando dat aliquibus in penam sicut dabit iudeis nō colentibus ipsum. leui. 26. c. scilicet ⁊ qui de vobis remanse/rint dabo pauorē in cordibus eor in regionibus hostiū terre bit eos sonitus folij volantis: ⁊ ita fugient quasi gladium ca dent nullo sequente: ⁊ corruent singuli sup fratres suos qua/si bella fugientes. nemo vestrum inimicis audebit resistere. ⁊ ita etiam dicit deuterono. 28. c. dabit tibi dñs cor pauidum ⁊ deficientes oculos ⁊ animā merore consumptā: ⁊ erit vita tua quasi pendens ante. timebis nocte ⁊ die ⁊ nō credes vite tue. mane dices quis michi vesperam ⁊ vespere quis det mi chi mane propter cordis tui formidinem qua terreberis. Et si ita nunc faceret cristus: recederent de templo isti vendito/res etiam non apparente aliquo signo exteriori in cristo. Se cundo modo poterat fieri per solā ostensionē terroris in facie poterat enī aliquid ita terribile videri in vultu cristi quo con specto omnes qui respicerent timerent ⁊ cauerent ab eo. Ter tio modo fieri poterat nō solum in ostensione signi alicuius in corpore suo: sed etiam realiter faciendo aliquid contra eos quo fugarentur vt si percuteret eos. Dicendū autem vide/tur q̄ nō solum esse potuit aliquis modus istorū: sed q̄ om nes tres concurrerunt in vnū. incussit enī eis timorem in cor/de: quia istud erat principiū ad hoc q̄ fugerent. sic dicit orige nes consideremus autē ne forte enorme videatur q̄ captis funiculis dei filius parat sibi flagelluz ad eiciendum de tem/plo. vnū tamen refugium relinquitur diuinta potestas ihesu vt cum volebat posset iracundiā hostium suffocare q̄uis es/sent in numeri ⁊ sedare mentiū turbines. Dñs enī dissipat co gitationes gentiū. De secundo dicendū q̄ etiā ostendit in vul tu suo cristus aliquid terribile. s. fulgoris radios proceden-

tes quibus hostes exterriti resistere saltem in verbo nõ audebant. sic dicit ieronimus igneũ enĩ quoddã atq; fidereum radiabat ex oculis eius ⁊ diuinitatis maiestas lucebat in facie ⁊ istud etiã cõmuniter tenetur. Aliud etiã exterius signũ potestatis in se ostendere poterat. s. q; vox sua esset eis terribilis: ita vt non solum timerent sed etiã caderent. sicut quando in passione querebant multi iudeorũ ministri armati cristum in ortĩ: ⁊ cum illis querentibus eum ⁊ dicẽtibus se querere ie sum nazarenũ ⁊ ille dixisset ego sum. ceciderunt retrorsuz. iohan. 18. c. ergo a fortiori viso lumine quod in vultu ostendere poterat nõ solum timerent: sed etiã cadere possent. Et tamen noluit nisi q; cederent loco tollendo omnia venalia de tẽplo ⁊ non audendo resistere xpo euertenti illa. De tertio satis patet quia in prima vice cristus vsus est flagello de funiculis ad expellenduz venditores. iohan. 2. c. ergo ⁊ a fortiori nunc vteretur illo. tum quia cristus illud fecit in principio signorũ suorũ. ⁊ ideo omnia tunc remissiora ⁊ blandiora faciebat. vt dicit crisо. ⁊ tamẽ vsus est tũc flagello. ergo a fortiori nunc quãdo passioni propinquus omnia faciebat mirabiliora ⁊ manifestiora vteret flagello contra venditores. tum quia erant nunc digni maiori ⁊ acriori castigatione. peccauerant enĩ ante hoc ⁊ fuerant semel per cristũ eiecti nunc tamẽ redierunt in culpam ideo acrius castigandi erant q; in prima vice quãdo nondũ eos castigauerat. sic dicit crisosto. scilicet in quo maior est accusatio iudeorũ quoniã cum bis hoc idem fecisset: morabant in sua dementia. Et theophilus ait scilicet q; etiã est in maiorẽ redargutionez iudeorum: quia tamen dns hoc toties fecerit ipsi minime se correxerunt. ⁊ ideo nunc a fortiori q; in prima vice flagello vteretur aut alio simili ad p cuciendũ eos aut ad minandũ eos idest abigendũ sicut pastor gregem. Et hoc tenet iero. Sed tunc dicet quid operabatur funiculus factus ad modum flagelli: quia nemo talia timeret verbera. Dicendũ q; verba illa in se non erant terribilia. ⁊ ideo si nichil aliud esset nõ timerent vẽditores flagella ista sed vltra flagella exterius mota: erat timor interius incussus: ⁊ lux exterius terrens que mouebant ad fugiendũ flagellu:. sic dicit origenes super iohannẽ scilicet ꝓsideremus ne forte enor me videat q; dei filius captis funiculis parat sibi flagellũ ad eiciendũ eos de templo. vnũ tamen refugium relinquitur vt
Q°.57. diuina potestas ihesu cum volebat posset iracundiã hostium suffocare q̃uis essent in numeri. ¶ Queritur an ista eiectio ementiũ ⁊ vendentiũ reputetur miraculum ⁊ inter miracula cristi ponendũ. ¶ Dicendũ q; miraculum erat. nam sine miraculo ista eiectio fieri nõ poterat. fuerant enĩ excluſi per timorẽ ⁊ in voluntarie. ideo ad hoc q; cogerent venditores exire de templo oportet poni aliquid aliud quod miraculose fieret. ⁊ hoc erat incutiendo timorẽ cordibus eorũ. etiã in voce sua virtutem quandã diuinã ostendendo: ⁊ de vultu radios diuini fulgoris emittendo que ambo ad miraculũ pertinent. ¶ Cõsiderandũ autẽ q; nõ solum miraculũ hic fuit sed maginũ valde ⁊ de maximis vt putat ieroni. ait enĩ michi autẽ inter omnia signa que dominus fecit hoc videtur mirabilius q; vnus homo ⁊ illo tempore contemptibilis in tantũ vt postea crucifigeretur: scribis ⁊ phariseis contra se seuientibus ⁊ videntibus lucra sua destrui potuerit ad vnius flagelli verbera tãtã eicere multitudinẽ. ⁊ subdit modũ quo potuit scilicet igneum enim quoddã atq; fidereum radiabat ex oculis eius ⁊ diuinitatis magestas lucebat in facie. sic etiã dicit origenes super iohannẽ ꝓsens autẽ historia in nullo minorẽ potestatẽ protendit his que ab eo miraculosius edita sunt: quinimo cõstat hãc maiorẽ demonstrare potentiã miraculo quo aqua conuersa est in vinuz eo q; illic inanimata subsistit materia hic vero tot miliũ hominũ domantur ingenia. ⌊ Et accesserunt ⌋. hic ponitur factũ scõm scilicet de infirmorũ curatione ⁊ est istud factuz ostensiuũ deitatis cristi in curatione infirmitatũ incurabiliuz que per solum deũ sanari possunt ⁊ dicit. ⌊ ⁊ accesserunt ad eum ⌋. scilicet postq̃ eiecit venditores de templo. ⌊ ceci ⁊ claudi ⌋. isti in templo erant sicut ceteri homines. ⌊ in templo ⌋. scz ibi erat cristus quando accesserũt isti ad eum. ⌊ ⁊ sanauit eos ⌋ a cecitate ⁊ defectu tibiarũ ⁊ potentie gressiue. ¶ Queritur quomodo dicit hic q; accesserunt ad euz ceci ⁊ claudi ⁊ sanauit eos: quis fuit iste accessus ⁊ an fine petitione aliqua eos sanauit. ¶ Dicendũ q; nõ poterat quis sanari ab eo tangendo eum vel als nisi ipso volente ⁊ actu sanante. Et tamen credebant aliqui q; poterant surripere ei sanitatẽ. scz q; ipso nescien te sanarent per tactũ eius sicut fuit de muliere. putauit enĩ se posse latere: ⁊ tamen postea vidit q; nõ latuit. luce. 8. ⁊ tamen si ipa nõ putaret q; latere posset nõ agrederet sic facere. ⁊ maxime quia nõ diceret lucas: videns aũt mulier quia nõ latuit tremens venit ⁊ procidit. euangeliste tamẽ loquunt iuxta opinionẽ accedentiũ ad cristum: ⁊ quia ipsi putabant q; accedendo ad cristum ⁊ tangendo vestes eius: etiã si nichil ei diceret ex habundantia virtutis redundantis exterius sanaretur accedens etiã nesciente cristo. ⁊ tunc putabant q; sanabant accedentes: ⁊ tamen non sanabat eos xps quia nõ babebat intentionẽ sanandi cũ crederent q; ipse nesciebat virtutẽ de se exire. ⁊ ob hoc nõ dicunt euangeliste q; xps tunc sanabat aliquos: sed q; accedentes sanabant. quãdo autem aliqui accedebant ⁊ sanabant: quia apparebat de intentione xpi dicunt euangeliste q; sanabat eos xps. sic patet de muliere fluente sanguine. mar. 5. c. dicit enĩ q; dicebat mulier intra se si tetigero vestimẽtũ eius salua ero. ⁊ sequit ⁊ confestim siccatus est fons sanguinis eius ⁊ sensit corpore q; sanata esset a plaga. ⁊ luce. 8. c. dicit accessit retro ⁊ tetigit fimbriã vestimenti eius ⁊ confestim stetit fluxus sanguinis eius. cristus etiã istũ moduz loquendi tenebat quasi ostenderet se non intendisse facere sed virtutẽ exeuntẽ de illo hoc operatã. sic dicit mar. 5. Et statim cognoscens ihesus in semetipso virtutẽ que exierat de eo. ⁊ luce. 8. dicit ego noui virtutẽ exiuisse de me. ⁊ etiam querebat quis me tetigit. ⁊ maxime quia adiunxit aliquis me tetigit. Et tamen si vellet ostendere q; ipse sciebat quis esset sanatus. ⁊ q; ipse intendisset eũ sanare nõ quereret quis me tetigit. ⁊ maxime q; adiunxit aliqs me tetigit. nam ⁊ ego sensi virtutez exisse de me ⁊ tamen hic euãgelista dixit sanauit eos. ergo ostendit q; intẽdit illos sanare ⁊ ꝓsequẽter q; ipsi palã accesserũt et aliqd petiuerũt. Scõo et pncipaliter quia hoc valde conueniebat ad propositũ. nam si accedentes ceci et claudi ad xpm nichil petẽtes sanarent putaret q; non sanarent virtute cristi. sed q; deus voluerat eos sanare existẽtes in templo: et ita non cederet in laudem xpi ⁊ approbationẽ eius istud opus. quod erat incõueniens: quia omnia miracula faciebat ad manifestãdũ aliqd quod ad se pertinebat. ideo debuit fieri palam petẽtibus eis. Tertio patet quia si accedentes secrete sine vlla petitione sanarent oportebat q; xps faceret aliquã manifestationẽ huius facti ne maneret absconditũ. sicut quãdo als sic sanauit tangentes. bis enĩ legimus aliquos tangendo xpm sanatos esse. primo mulierẽ fluentẽ sanguine. supra. 9. ⁊ mar. 5. ⁊ luce. 8. ⁊ deinde viros loci genesaret. cõ. 14. c. ⁊ vtrobiq; fecit xps miraculũ aparere. Quarto patet quia si accedentes sine petitione sanarent ignorare quis fecit miraculũ. Dicendũ ergo q; coram toto populo accesserunt claudi ⁊ ceci ⁊ petiuerunt sanari: ⁊ xps sanauit eos. matheus tamen intendens breuitati non curauit singula referre quia planũ erat quod aliquid petere debebant cũ omnes qui sanabant sic peterẽt. maxime quia dicitur accesserũt. in quo inuitur totũ quod sequitur. scilicet q; accesserunt ad eum ⁊ petiuerũt sanari ⁊ ipse eos sanauit. ⌊ videntes ⌋. hic cõsequẽter ponitur principiũ sacerdotũ ⁊ phariseorũ atq; scribarũ contra xpm indignatio. ⁊ diuiditur in duas partes: quia primo ex indignatiõe impugnant eius famã Secundo impugnant eius doctrinam ibi. ⌊ Et cum venisset in tẽplũ ⌋. prima in duas quia pmo ponit iudeoꝝ impugnatio. scõo xpi rnsio ibi. ⌊ ibs aũt dixit ⌋. circa primũ dicit. ⌊ videtes

Q°.58.

to. Maz yeme fieri nocebat: sed nō sabbato eo q̄ isti ad quos xp̄s loquebat: erant credentes in eū qui ad sabbati obseruantiam nō tenebant. ¶ Dicendū q̄ intelligit de credentibus in xp̄m qui essent tempore euersionis ierusalē. ⁊ cōuenienter dicitur illis de sabbato: quia omnes illi erāt cōuersi de iudeis. Cum hoc nō dicat ad omnes credentes: sed ad eos solos qui de iudea ⁊ ierusalē fugituri erant. et isti erant iudei: sed iudei p̄uabant sabbatū. ideo occurreret eis difficultas si in sabbato accideret fuga: verū est aūt q̄ quādo fuga facta est. s. quasi anno tricesimo quinto aut tricesimo sexto post mortē xp̄i. nulla iam de hoc dubitatio erat in ecclesia. fuit aūt a principio. Mā mox vt xp̄s passus est conuersi ad eū de iudeis seruabant oēs cerimonias legis moysi. sed postq̄ petro predicante conuersi sunt aliqui gentiles. Actu. 10. ⁊. 11. c. volebant cōuersi de iudeis cogere cōuersos ex gentilib⁹ ad obseruationē legalium. specialiter circa discretionē ciboꝝ. De quo cū dubitatū esset aliquādo: tandē congregata ecclesia et apostolis ⁊ ommib⁹ seniorib⁹ placuit spiritui sancto ⁊ eis nō artari credentes ī cristum ad legalia. Actu. 15. c. Et lz adhuc cōuersi ex iudeis seruarent cerimonias. q̄ tamē sciebant se nō obligatos ad eas: non multū attendebant. maxīe quia adhuc postea institutū est neq; ab ipsis cōuersis de iudeis debere seruari cerimonias et alia legalia. ⁊ hoc iam factū erat tempore euersionis ierusalem. satis tamē credendū est q̄ quādiu manserūt cōuersi de iudeis in terra iudeoꝝ ⁊ sub ptāte eorū seruarent sabbatum ⁊ cerimonialia omnia ne scandalizarēt iudeos et vt nō mouerentur contra eos ad penā. Dici ergo potest vno mō q̄ licet credentes ex iudeis tempore hui⁹ fuge nō obligarent seruare sabbatū. tñ xp̄s locutus est iuxta consequntiā sui temporis ipse enī seruabat sabbatū ⁊ oīa legalia. ⁊ quādiu discipuli cū eo manserūt seruabāt illa. ⁊ non dixit eis q̄ aliquo tempore cessaturi essent ab hac obseruatione: ideo iuxta cōditionē huius status satis poterat credi q̄ sabbatū impediret fugam. ⁊ quia xp̄s voluit mūc loqui de ommbus que verisimiliter poterant impedire. sicut dixim⁹ supra. Dixit etiā de sabbato licet forte nō impediuit eos vt si ipsā non seruabant sabbatum illo tempore. Aliter pōt dici q̄ prestaret impedimentuz aliq̄ō gaetiam tempore illo sabbatū seruabāt et cerimonialia. nā licet scirent oēs credentes in xp̄m. se nō obligari ad legalia vt dicit Actu. 15. tñ conuersi de iudeis illa seruabant nō tanq̄ necessaria: sed vel vt intendentes tollere scandalū. esset autē scandalum grauissimū si cōuersi de iudeis nō seruarent legalia. Et patet q̄ isti erant filij iudeoꝝ ⁊ in nullo se ostendebāt ab alijs differre nisi q̄ verū messiam acceperant quē reliqua iudeoꝝ multitudo nondū agnouerat. et tamē apud iudeos nondum erat creditū q̄ messias mutaret legē moysi. ymo potius credebat q̄ soli iudei pertinerēt ad messiā: et nō debere predicari doctrina eius nisi iudeis. qō patet q̄ ob hoc indignati sūt valde fideles qui erant ex circūcisiōe p̄tra petrū quādo eo predicante cōuersi sunt quidā gentiles ⁊ baptizauit eos. Actu. 10. ⁊. 11. c. ⁊ ob hoc posq̄ aliqui huiusmodi conuertebant ad xp̄m dicebant cōuersi ex iudeis debere illos circūcidi et seruare legē moysi. Actu. 15. c. ideo si alij iudei qui nondum credebant in xp̄m viderent credētes qui iudei erāt nō seruare legalia statim punirēt eos sicut trāsgressores legis. ⁊ tñ nō p̄uans sabbatū lapidabat vt p̄z numeri. 15. de illo qui colligebat ligna in sabbato. ergo etiā omnes cōuersos ad xp̄m de iudeis occiderent si viderent eos nō seruare sabbatū. Itē patet quia iudei querebāt multas occasiones p̄tra istos credentes vt illos disperderēt et vt cessaret nomē xp̄i ⁊ extingueret doctrina eius et p̄sequebant eos. Actu. 3. ⁊. 4. ⁊. 5. si igit inuenirēt q̄ nō obseruabant sabbatū et alia cerimonialia quasi habētes veram causam ymo necessariā puniēdi eos neminē relinquerent. ideo manifestū est q̄ omnia hec seruabāt. Item p̄z quia occasio colorata occidendi stephanū ista fuit quia Actu. 6. c. dicit statuerūt falsos testes in cōcilio dicētes hō iste non cessat loqui verba aduersus locum sanctū ⁊ legē. Audiuim⁹ enī eū dicentē quoniā iesus nazarenus hic destruet hūc locū ⁊ mutabit traditiones quas tradidit nobis moyses. et tñ isti falsi testes non deponerēt ista contra stephanū si nō putarēt hec efficacia esse ad illius condemnationē si vera putarent. ideo credebant ea sufficere ad damnationē illius. Item quia additur statim q̄ princeps sacerdotū quesiuit a stephano an ista ita se haberent. Et tamē si ista non facerent ad condemnationē nō quererēt de illis an vera essent q̄ frustra esset querere quod erat impertinēs ergo ad cōdemnationē sufficere putabantur Item quia statim: Actu. 7. c. Stephanus purgauit se de his que obiecta erāt a falsis testibus. tñ nō se oporteret de illis purgare si nō facerent ad cōdemnationē. ḡ ipse videt at sufficere illa ad mortē s̄m iudeorū opinionē. ideo dicendū q̄ sine dubio si p̄uersi ad xp̄m de iudeis quādiu manebāt in terra iudeoꝝ p̄uaricarent sabbatū vel aliquid aliud legale lapidarētur: vel occiderent a iudeis sicut quilibet pure iudeus q̄ hec p̄uaricaret. ⁊ ob hoc licet scirent post determinationē apostoloꝝ ⁊ totius ecclie in lege christi nō manere obligationē ad obseruandū legē moysi. Actu. 15. c. tamē q̄diu manebant in terra iudeoꝝ obseruabant totā legem moysi ne scandalizarēt iudeos ⁊ ponerēt se in periculo mortis. Hoc autē durauit solum vsq; ad euersionē ierusalē: quia tūc mansit gens iudeorū in regione illa ⁊ xp̄iani cōuersi inter illos. ⁊ quoniā potestas temporalis erat apud iudeos nō poterāt euadere xp̄iani penas quas illi inferre vellēt. sicut et p̄ alijs causis eos occidebant ⁊ p̄sequebant vt stephanū p̄ predicta calūnia. Actu. 7. c. Jacobum p̄ cōfessione nois xp̄i. Actu. 12. c. Aliū iacobum postea p̄ eadē causa vt iosephus ⁊ egesip⁹ ⁊ ecclesiastica historia tradunt. Post euersionē vero ierusalē dispersa est gens iudeorū ⁊ p̄ maiori parte p̄it. ⁊ saltē nō mānsit ei principatus aliquis in terra ierusalē ⁊ iudee. ideo cōuersi de iudeis poterant tūc libere viuere nō obseruātes legē moysi ⁊ nullā penā formidabāt sicut nec nūc. quia nō residet aliqs temporal⁹ principatus penes iudeos. et tñ quādiu manserunt in iudea vsq; ad euersionē ierusalē manebāt sub potestate iudeoꝝ. ideo seruabant legē moysi p̄pter causam iam dictā. Et hoc satis apparet: quia quādo Actu. 15. c. Diffinitū est sup legalibus q̄ nō obligarent: nō dictū est q̄ iudei nō seruarent illa: sed q̄ cōuersi de gentilitate nō cogerent ad illa p̄eter abstinentiā a sanguīe et suffocato et īmolatis ydolis. Ex quo īmit q̄ p̄uersi de iudeis omnia obseruabāt cū q̄tum ad illos michil ibi īnouatū fuerit. ⁊ ipsi vellent cogere gentiles ad obseruandū legem moysi. e. c. Et ideo cū tēpore fuge adhuc manerent cristiani conuersi de iudeis in potestate iudeoꝝ in iudea obseruabant sabbatū ⁊ nō audebant illud violare. Ideo obstabat eis ad fugā. Sed obiciet q̄ nō obseruarent tūc sabbatū q̄ peccatum erat illud obseruare. vt dicit ad Gal. 4. s. dies obseruatis mēses tempora ⁊ annos. tymeo ne forte sine causa laborauerim in vobis. et accipit de obseruatiōe festoꝝ apud iudeos. ¶ Dom q̄ illi ad quos tūc loquebat paulus peccarēt si seruarēt legē moysi eo q̄ nemo cogebat eos seruare neq; periculū aliq̄ō incurrerēt si nō seruarent: quia licet iudei eēnt erant in galicia in regione grecoꝝ vbi nō erat p̄ncipatus iudeoꝝ temporalis sed gentiliū. Secus in iudea vbi iudei dominabant temporal⁹ licet haberēt sup se ratiōes. Et iō etiaz tunc cōuersis de iudaismo licebat in iudea seruare legē moysi p̄pter causaz dictā. Istud patet etiā ī ipso paulo qui dū cēt inter gentiles nō obseruabat sabbatū et cetera legalia. dum autē manebat in iudea. non solum sabbatū et legalia necessaria obseruabat: sz etiam voluntarias cerimonias ⁊ que pertinēt ad votū. nā purificatio nazareoꝝ nō erat necessaria apud iudeos sed votiua. Mu. 6. c. et tamē quādo paulus venit ī ierusalē purificauit se s̄m ritum nazareoꝝ ⁊ hoc p̄pter tollere scandalum. Et ibi manifeste apparet q̄ iudei et etiam credētes in cristū de iudeis obseruabant legem moysi. ⁊ zelabant

aliqui illoꝝ obſeruationē eius. vnde dicit ꝙ ſeniores credentes in xpm collecti dixerunt paulo. vide frater ꝙ multi ſunt iudeis qui crediderunt ⁊ omnes emulatores ſūt legis. audierunt aūt de te quia diſceſſionē doceres a moyſe eoꝝ qui per gētes ſunt iudeoꝝ. dicens nō debere illos circuncidere filios ſuos. neqꝫ ſm cōſuetudinē ingredi. qd ergo eſt? oportet conuenire multitudinē. audient enī te ſuperuenisse. hoc ergo fac quod tibi dicimus: ſunt enī nobis viri quatuor votū habentes ſupſe. his aſſumptis ſanctifica te cū illis et impende cum illis vt radant capita ſua ⁊ ſcient omnes: quia que de te audierunt falſa ſunt: ſed ambula ⁊ ipſe cuſtodiens legē. ⁊ ſequitur tunc. paulus aſſumptis viris poſtera die purificatus cū illis intrauit in templū annuncians explecionē dierū purificatiōis donec offerret ꝓ vno quoqꝫ eoꝝ oblatio. ergo apparet ꝙ nō ſolum iudei cōuerſi manentes in iudea ſeruabāt legē moyſi. ſed etiā apud multos eoꝝ ſcandalū erat ſi quis nō obſeruaret qui iudeus extitiſſet. Et tamē iſtud nō fuit ſtatim poſt mortē xpi: ſed multo tpe poſt. ſ. annis viginti tribus. ſ. anno quarto decimo claudij impatoris. Et patꝫ quia quādo paulus intrauit in templū purificatus: rapuerūt eū iudei et petiebant. ſed tribunus plebis liberauit eū Actu. 21. c. ⁊ ductꝰ eſt ad felicē ꝓ cōſulē qui tūc gubernabat iudeā. Actu. 24. ſed hoc anno vltimo claudij fuit vt ait euſebius li. cronicoꝝ. ſed tūc fluxerāt anni viginti tres a morte xpi. ſ. quinqꝫ anni tyberij et quatuor gay. et quatuordecim claudij. ſed hoc tempore manebat tā firma intentio ſeruandi legē moyſi apud quoſdos de iudeis in iudea. ideo nō mirū ꝙ tempore fuge maneret eadem. et ita quidā forte putarēt obſeruari debere. Alij ꝓpter ſcandalū obſeruarent. vnde cōuenienter xpus dixit. ne fiat fuga veſtra ſabbato. et ſabbatū obſtabat ad fugiendum non quaſi cōuerſi ad xpm putarent eſſe peccatū. quia etiaꝫ ſi putarent adhuc manere obligationē ſabbati ſicut i lege moyſi: nō erat peccatū in ſabbato fugere data tali neceſſitate. ⁊ tñ licet de hac neceſſitate cōſtaret credentibus nō ꝓſtaret iudeis inter quos viuebant credentes. neſciebāt enī illi talia mala inſtare: quia alſ fugerent ab eis. et ideo putarent iſtos violatores ſabbati quaſi ſine cauſa itinerantes ⁊ ſic lapidarent eos. oportebat enī ꝙ ceſſarent in ſabbato vt non incidērēt in plens periculū vitare volendo futura pericula. Et ſic ſabbatū impediret eos ne iter agerent. ¶ Sed dicet cum xpus voluerit hic omnia impedimēta exprimere que retardant velocē fugā quomō omiſit alia nam languentes in validi. ſenes. paruuli. et illi qui detenti ab aliis nō poſſent fugere retardarent a fuga? ¶ Dicendū ꝙ ſufficiēter xps expreſſit impedimēta fuge artificialiter enī ꝓceſſit vt nō narraret omnes ſpeciales modos. ſed genera impedimentoꝝ ad que omnia impedimenta reduci poſſunt. iſtam impedimentoꝝ quedā ſunt totaliter ab extra alia ſunt ab intra. ſ. ex nobis. que ab extra aut voluntaria ſcz ex diuina inſtitutione. et iſta intellexit per ſabbatū. idē enīꝫ eſſet ſi aliqua alia cerimonia legalis obſeruāda accideret que fugaꝫ impediret vt in aliis feſtiuitatibus. Alia ſunt ab extra ex cōditione nature. ⁊ hec exꝑſſa ſunt ꝓ yemē in qua incomode quis itinerat. ⁊ ꝓ hec omnia huiuſmodi intelligim⁹. vt ſi i eſtate aut vere acciderēt inundationes pluuiaꝝ et aluuiones fluminū ita vt quis nō poſſet flumina tranſuadere. et ad hūc modū licꝫ remote poſſunt reduci omnia impedimēta que ab extra ſunt quibus nos nō cōferimus vim. vt ſi quis teneat i vinculis aut qualitercūqꝫ detineat. Eoꝝ ꝙo que ab intra. i. a nobis quedā ſunt accidentalia vt ea que ꝓueniunt excupiditate rerū. Et iſta xps excluſit dicens: qui in tecto eſt non deſcendat in domū tollere inde aliquid. Et qui eſt in agro nō reuertatur tollere tunicā: ⁊ poſuit criſtus iſtam impeditionem ꝓius: quia licet iſta poterat magis euitari. tamē hec erat cōmunior et que plres teneret. quia cuilibꝫ adueniebat hoc impedimentū. ſ. vt nō ſponte res ſuas deſereret. cetera vero non eueniebāt omnibus. Alia ꝙo ſunt ex nobis et neceſſario incumbūt. et hec xps ſignauit ꝓ pgnantes et nutrientes. ad hoc aūt reducunt omnia impedimēta que nobis eueniūt ab intrinſeco. et hoc ſiue ꝓpter etatē. ſiue in diſpoſitionē. ¶ Q. 65. Queritur quomodo xps dixit orate ne fiat fuga ⁊c. quia orandū eſt aliquid quādo eſt in poteſtate alicuius qui id fieri nonduꝫ cupit neqꝫ cupiet niſi exoratus. ſed hoc quod orādū erat: fieri debebat a criſto. et ipſe illud fieri volebat ad ſalutē eccleſie ſue. ideo nō oportebat orare. ſed ꝙ ipe diceret: ego volo qō ſic fiat? ¶ Dicendū ꝙ deus vult interdū bona nobis accidere que nos optamus. ſed ꝓpoſuit nō dare niſi orationibus ꝓ mereamur et ob hoc ꝓ eis que dare vult oportet ꝙ oretur. Nam ꝓ eis que dare nō vult nec oratio ꝓdeſt. ſz quia nos nescimus quit eſt quod vult aut quod nō vult ſemp orandū eſt ꝓo omnibus que optamus ab illo recipe. Et ſi ille quidem dare diſpoſuit exoratus dabit. Si enī firmū ſibi eſt non dare neqꝫ multiplicatis ꝑcibus dabit. ſed neqꝫ iſtud nobis nocet: ſed potius ꝓfuit ꝙ inſtanter orauimus: quia orando ei quēdam cultū exhibemus. hoc aūt quod xpus ſua det hic orare intendebat dare: ſed nō erat daturus niſi orando. ideo admouit eos ꝓ hoc orare. Scōo vt nō contēnerent. magnū enim bonū erat ꝙ nō niſi orando erat concedendū. et ideo nemo talia conteneret. Cū aūt obicit ꝙ xps volebat hoc dare ad qd igit petebat orari. Dicendū ꝙ ipſe vult oīa recte agi. ⁊ ideo quia deus erat: volebat illa agi qualiter ipe vt deus diſpoſuerat. Sed nō aliter quā precibus obtinendū decreuerat. ideo precandū ſuaſit ⁊ noluit ſic gratis concedere. ſic enī eſt de omnibus alijs actibus xpi. poterat enī nos ſine vlla ſui et noſtri paſſione redimere. ⁊ nullus ei ad hoc obſtaret. ⁊ tamē nō ſolum in nobis: ſed etiā in ſeipſo paſſiōes acerbiſſimas voluit. quia ſic deitas agendū conſuerat. Dicit aūt ne fiat fuga veſtra yeme vl ſabbato. quia licet quantū ad deū nichil ſit incertum: ſed loquit nobis ſm conditionē rerum ipaꝝ ⁊ ſm modum intellectus noſtri. Conditio autē rerū iſtarū eſt ad vtrūlibet accidere poſſe. ideo cuz iſte res ex ſe. haberēt ſe ad vtrūlibet. vt innueret ꝙ nō dabat deus eis aliquā neceſſitatem determinatā ſic aut ſic eueniendi dixit orandū eſſe nō fieri yeme vel ſabbato. quaſi innuat equaliter ſe habere ad eueniendum ſic vel ſic. Scōo fit ꝓpter modū intellectus noſtri qui de his nō eſt certus quādiu futura ſint. et ideo putat poſſe ſic aut ſic accidere. ſicut in veritate res ex ſe ipſa non ſit determinata ad aliquē euentū. licet deus illā determinet quod nobis nō eſt notum. et ſz ſciam⁹ ꝙ deus ſingula futura determinat ad aliquē euentū neſci⁹ ad quē. ⁊ iō quādiu res futura eſt orandū eſt vt id eueniat quod nobis bonū eſſe putamus. ¶ Q. 66. Queritur de hoc ꝙ dicit erit tunc tribulatio magna qualis nunq̄ fuit ab initio mundi vſqꝫ mō neqꝫ fiet? Aliqui dicunt accipi de tempore antixpi. imo ⁊ occaſione hui⁹ totam hanc litterā de antichriſto exponunt. ſic nicolaus tenet. ¶ Dicendū ꝙ exponit de tribulatione que eſſet ante euerſionē ieruſalē. et patꝫ quia tota littera cōtinuata eſt. et ante hoc dicebat de iſto. ideo et nūc deo eo dicit. Scōo patet ex modo littere. Nam cū dictū fuerit ſupra orate ne fiat fuga veſtra yeme vel ſabbato. ſequit et enī erit tūc tribulatio magna. et tamē ⁊ enī ponit vt reditiuū cauſe. ſ. ꝙ fugiendū eſt: quia erit tunc magna tribulatio. Et Dar. 13. c. magis apperit. ſ. erunt enīꝫ dies illi tribulationis quales nō fuerunt. ergo de illo tempore in quo dicebat fugiendū eſſe dixit ꝙ erunt dies illi tribulatiōis. Tertio patet ꝙz Lu. 21. c. Dagis iſtud apperit. cū enī dicit veh aūt pregnantibus ⁊ nutrientibus in diebus illis. ſequitur erit enī preſſura magna ſup terram ⁊ ira populo huic. ⁊ cadent in ore gladij ⁊ captiui ducentur in omnes gentes et ieruſalē calcabit agentibus. manifeſtuz eſt igit de malis euenturis iudeis tempore euerſionis ieruſalē hec dici. ⁊ nō de antixpo neqꝫ de malis alterius gentis. ⁊ hoc etiā Aug. allegat in epla ad eſicū oſtendens ꝙ inteligat de euerſione ieruſalē. Eſt aūt dicendū ꝙ criſtus dixit hoc ad oſtendendū cauſam ꝓcedentū: nā iuſſer⁹

tum magna celeritate fugere ⁊ admonuerat orandū ne yeme vel sabbato fuga ista accideret ne impediren̄: et quia hoc nō poterat aut esse non debebat nisi ad euitandū magnum periculum ostendit grauia pericula. Etiam quia cum xps ista admonuisset non facerent illa credentes cū tanta festinatiōe: misi viderent causam que vrgeret eos. ideo ostēdit eam ⁊ dixit q̄ futura erat tunc tanta tribulatio quāta nunq̄ fuerat neq; futura erat. ⁊ ista erat causa sufficiens ad taliter fugiendū qualiter xps admonebat. Sic dicit Theophilus causam autē tante necessitatis ad fugiendum cōsequēter assignat cū dicit: erit enim tunc tribulatio. ¶ Queritur quomodo est verū q̄ illa tribulatio futura erat maior omnibus preteritis et que future erant: ¶ Dicendū q̄ comensurare tribulationē illam omnibus preteritis: difficile erat cū non possimus cuiuslibet determinatā scire quantitatē que ad hoc requirit vt comensurē tur. et tamē general iter loquendo si quis historias gentiū legat non inueniet aliquā inqua tante calamitates enarren̄: q̄ntas iosephus refert in li. de bello iudaico ⁊ egesippus. de futuris autē q̄ nulla ei equāda sit hoc multo incertius erat. qō nemo asserere auderet nisi qui deus erat aut spiritum dei habens. satis aūt nobis est q̄ xps hoc asseruerit ⁊ cōstat ex precedenti. q. q̄ intelligit de tribulatione euersionis ierusalem. apparet ergo q̄ nulla vnq̄ tanta fuit tribulatio neq; futura est. Et non fuit hoc incōueniens. istā pro magno peccato grauissima pena danda erat. ⁊ tamē nullū fuit vnq̄ peccatū grauiꝰ q̄ occisio xpi ⁊ discipulorꝝ eius: ⁊ psecutio credentiū. ideo dignum fuit q̄ p illis peccatis daretur huic genti maxia omnium penarum que vnq̄ date sunt ⁊ quā dabuntur: cū maiora peccata non sint futura alicuius gentis. sic dicit Crisostomꝰ in omelia. s. interrogo aūt iudeos vnde tā intollerabilis ira diuinitus venit super eos: omnibus que ante facte sunt difficiliora. nōne manifestū quoniā ꝓpter crucis manifestationē. Sola aūt difficultas manet quantū ad futuras tribulationes in quas ventura est tribulatio antixpi. nam illa putat maior omnibus tribulationibus. Dici potest vno mō q̄ tribulatio antichristi erat valde magna sicut putat. sed non erit tanta quanta illa que fuit iudeorū in euersione ierusalē. et hoc non est inconueniens quia de illa nō constat nobis quāta futura est: q; nulla scriptura exprimit. tribulationē autē iudeorꝝ quanta fuerit scimus ex scripturis iosephi et egesippi. etiā q̄ plus est q; xps dixit illā maiorem omnibꝰ futuris nullā excipiendo. Alit̄ potest dici q̄ tribulatio sub antixpo erit maior quam tribulatio euersionis ierusalē. ⁊ tamē xps quādo hic locutus est dixit solū de tribulationibꝰ gentis iudeorū. s. q̄ nunq̄ eis talis tribulatio acciderat neq; euentura erat. tribulatio autē sub antichristo non erit iudeorꝝ sed cristianorū. ideo bene stat q̄ sit maior. de hoc Augꝰ ad esichiū dicit: apud lucā aūt sic legit̄. erit pressura magna sup terrā ⁊ ira populo huic: ⁊ cadent in ore gladij ⁊ captiui ducen̄t in omnes gentes. Iam ⁊ iosephꝰ qui iudaicam scripsit historiā talia mala dicit illi populo tunc accidisse vt vix credibilia videan̄t. vnde nō īmerito dictū est talē tribulationē neq; fuisse a creature initio neq; futurā. Iz si tempore antichristi talis aut maior forsitan erit intelligendum est de illo populo dictū q̄ eis amplius talis nō erit. si enī antichristuz illi primatus et precipue recepturi essent. facturus est tūc idē populus tribulationē potius q̄ passurus. ¶ Sed dicendū videtur q̄ absolute dicenda est maior tribulatio que fuit tempore iudeorꝝ in ierusalē ⁊ iudea: q̄ que futura erit sub antichristo. eo q̄ cristus nō determinauit se specialiter ad tribulationes iudeorū: sed absolute dixit q̄ erit tribulatio magna qual' nunq̄ fuit ab initio mundi neq; fiet. i. in nulla gente tanta tribulatio vnq̄ accidit neq; euenīet. et aliqualiter apertiꝰ. mar. 13. c. dicit̄ hoc. s. erunt dies illi tribulationis tales quales non fuerunt ab initio creature quā cōdidit deus vsq; nūc neq; fiet. etiam Aug. magis hoc sentire vult quā tribulationē sub antixpo fore maiorē. sed illud dicit si quis contenderit q̄ possit sibi sic responderi maxime quia nullū mōtiuū est quare debeamus dicere tribulationē sub antichristo maiorē tribulatione in euersione ierusalem. ¶ Queri t̄ de hoc quod dicit ⁊ nisi breuiati essent dies illi. quid sit esse dies breuiatos ⁊ quando hoc fuit? ¶ Dōm quantū ad tempus q̄ aliqui putāt hoc dictum esse de tempore antichristi quādo breuiabun̄t dies vt mala intollerabiliora sint. dicunt enī q̄ pauco tempore durabit antixpi persecutio. s. tribus annis et dimidio iuxta dictum danie. 12. c. s. per tempus ⁊ tempora ⁊ diuiduū temporis. vt dicatur tempus vnus annus. tempora duo anni. dimidiū tēporis medius annus. ita tenet nicola. Sed dicendū q̄ nō stat nam cū ista littera pertineat ad eundē contextū ad quez precedens accipie t̄ de eodē. sed p̄cedens accipit̄ de euersione ierusalem: vt ostensum est. s. p̄cedenti. q. ergo ⁊ ista de abreuiatione dierū. nam cū dicatur ⁊ nisi abreuiati fuissent dies illi. necesse est q̄ referat̄ ad p̄cedentia. Et illi sunt dies in quibus magna tribulatio accidet. vt dicit̄ Ezech. 13. c. erūt dies illi tribulationis tales quales nō fuerunt ab initio creature ⁊ nisi breuiasset dominus dies. ⁊ ponitur hic causa. nam dictū est q̄ tribulatio futura erat talis qualis nūq̄ accideret. ideo sequebatur q̄ non possent hoīes illam tollerare. sed omnia deleret. hic dicitur q̄ abreuiabun̄t dies. quia si nō abreuiarent̄ nemo posset saluari. i. liberari a morte. De ista aūt abreuiatione dierū dicendū q̄ breuiati fuerūt dies. i. pauci facti. Cū enim posset multo tempore durare tribulatio hec: fecit q̄ pauco tempore duraret. sic dicit Jero. sup matheū. s. neq; recordant̄ illius scripti. ordinatione tua pseuerat dies. sed iuxta tempoꝝ qualitatem. i. abreuiatos non mensura sed numero. ne mora tēporum cōcutiat̄ credentiū fides. Dicit aūt Augꝰ q̄ ista abreuiatio temporꝝ nō turbauit ebdomadas danie t̄ quin complerentur in euersione ierusalē. Sic dicit in epistola ad esicium. non putemus ebdomadas danie t̄. vel ꝓpter dierū breuiationes fuisse turbatas vel illo iam tempore fuisse cōpletas: sed i fine temporꝝ esse complēdas. appertissime enī lucas testatur danie t̄ pphetiā nō fuisse completā quādo euersa est ierusalē. ¶ Queri t̄ quid ē qō dicit̄ nō salua fieret omnis caro: ¶ Dicendū q̄ necesse est accipi partem p toto. i. pro homine. Iste ad carnē solā neq; est saluari neq; damnari: sed homo liberat̄ aut perit. sic accipit̄. ps. 64. ad te omnis caro veniet. i. omnis homo. ⁊ Joh. 1. c. verbū caro factum est. i. filiꝰ dei factus est homo per incarnationē. Et ideo est sensus nō salua fiet omnis caro. s. omnis caro nō salua fieret. s. nulla. quāuis enī preponatur negatio ad istud signum vniuersale omnis: debet intelligi q̄ post ponat̄. Nam preponēdo equipollet cōtra dictorio et est sensus. nō salua fieret omnis caro. i. aliqui essent qui nō saluarent̄. Et hoc etiā breuiatis diebus factū est q̄ non saluaretur omnis caro: cū multi iudei perierint. si postponit̄ equipollet cōtrario. i. vniuersali negatiue. i. omnis caro non salua fieret. i. nulla saluaret̄: ⁊ hoc intendit. tamē quia dies breuiati sunt saluati fuerūt multi. Est autē sensus q̄ cum romani pugnarent cōtra iudeos si maiori tempore bellū duraret: nō maneret aliquis iudeus in toto orbe. eos enī quos in iudea inuenerunt deleuerunt occidentes vendentes ⁊ in seruitute subicientes. Si tamē maiori tempore bellū duraret indignarent̄ nimis romani cōtra iudeos: ⁊ nō solum eos quos in iudea inuenirent occiderent: sed etiā eos quos p totū mundū dispersos inuenirent. Nā vt iosephus refert. libro de bello iudaico non solū in iudea occidebant̄ sed alibi plurimi. vnde in alexandria eodē tempore vna die quinquaginta milia iudeorū pempta sunt. deus igit̄ breuiauit tempora afflictiōis. s. vt cito caderet ierusalē ⁊ delerent̄ iudei qui in puincia iudee erāt: ⁊ nō esset occasio extendendi se ad iudeos qui alibi morarentur. sic dicit Crisō. in omelia. sed adhuc ostendit eos grauiori pena fuisse dignos cū dicit̄ nisi breuiati fuissent dies illi. ac si dicat si amplius durasset ꝑlium romanorū cōtra ciuitatem vniuersi perissent iudei. omnē enī carnē iudaicā dicit et qui fortis ⁊ qui

Q°. 67.

Q°. 68.

Q°. 69.

intus erant. non enī ī eos solos qui in iudea erāt impugnabāt romani sed etiā eos qui vbiqz dispersi erant psequebantur. Causa autem huius esse poterat: qz iudei de omnibus partibus venerant in auxiliū iudeorum ierusalem. vnde in ierusalem nō soli qui de iudea erant inclusi ꝛ obsessi fuerunt: sed de alijs partibus vt dicit Josephꝰ. Et ideo cōtra iudeos quorū cunqz locoꝝ indignarent et seuirēt quasi omnes fauerēt huic rebellioni iudeorum. ideo cōueniens fuit abreuiari dies tri-
Q°.70. bulationis. ¶ Querit cum dicatur hic: sed ꝓpter electos breuiabunt: qui erant isti electi propter quos breuiabantur ꝛ ¶ Dicendū q̄ sunt electi de iudeis. nam de illis xp̄s elegerat aliquos ꝛ ꝓpter illos voluit breuiari dies tribulationis. sed possunt accipi isti electi dupliciter. s. quia aut ꝓ conuersis. aut ꝓ cōuertendis. de cōuersis planū est quia credentes in xp̄m de iudeis vocabantur iudei ab omnibus gentilibus: quia filij iudeorum erant. et etiā ritū iudaicum seruabant. isti aūt electi erant: quia de ceteris iudeis qui in sua perfidia ꝛ obstinatiōe manserunt: hos elegit vt sibi vniret reprobatis alijs. Et tunc dicendum q̄ propter electos istos deus breuiauit dies dupliciter. ꝓmo quia vt dictū est supra si bellum romanorum contra iudeos maiori tempore durasset: nō soluz occidissent iudeos qui erant in iudea: sed etiā per totū orbem. ꝛ tamē cōuersi de iudeis vocabant iudei. ꝛ gentiles reputabant eos iudeos. ꝛ si occiderent omnes iudeos necesse erat q̄ istos quoqz occiderent. ꝛ non solum eos qui de iudea fugerant nunc in regnum agrippe vt dicit Crisost. ꝛ historia ecclesiastica. sed etiam omnes alios qui erāt in alijs partibus orbis conuersi. sicut in grecia. hispania. italia: ꝛ alijs nationibus. ideo cōueniens erat electis q̄ breuiarentur dies illi vt non perirent. Secundo propter electos credentes qui de iudea in regnū agrippe iuerant. Nam isti tempore illius tribulatiōis manebant extra terram suā. reliquerant autē possessiones suas si quas habebant in iudea ꝛ cupiebant regredi ad eas ꝛ ad regionē naturalem. impediebant enī quādiu durabant dies isti. ideo eis cōueniens erat breuiari dies. Tertio tam ꝓpter credētes de iudeis qui fugerant de iudea in regnū agrippe quaz propter omnes alios credētes de iudeis vbicunqz essent. quia q̄diu durabant ista bella erat animus eorum suspensus quotidie ꝓ timore ne ipsi quoqz perirēt. ꝛ breuiari dies fuit liberare electos ab hac quotidiana afflictione timoris. sed primus modꝰ melior est. nam periculū de vita erat ꝛ nō de possessionibꝰ. cū xp̄s dicat nō fieret salua omnis caro nisi breuiati essent dies illi. Aliter potest accipi ꝓ electis. i. predestinatis de iudeis q nondum conuersi erant. Nam multi de iudeis ꝛ stirpe eorum cōuertendi erant qui nondū erant cōuersi quādo superuenerit tribulatio euersionis. Et licet plurimi iudeorū non cōuersoꝝ perierint in bell' illis. tamē multi sup fuerunt ꝛ de illis cōuersi fuerunt aliqui. si autē bella illa longo tempore durarēt non maneret aliquis. Et sic illi qui conuertendi erant non cōuerterent: sed perirent in bellis. ꝛ iste modus videt adhuc ꝓportassis cōuenientior q̄ precedens. quia electos qui crediderāt facilius erat saluare ī cū admoniti fugissent. sed electos nō duz cōuersos ꝛ qui alijs iudeis mixti erant: liberari a morte si bella hec ꝓlongarent esset difficile. de hoc dicit Augu. ad esticiū nō enim debemus ambigere q̄ euersa est ierusalē fuisse ī illo populo electos dei qui excircūcisione crediderant: siue erant crediturī electi ante mundi cōstitutionē ꝓpter quos breuiantur mala illa vt tollerabilia fiant. ⌊ Tunc si quis ⌋. hic ꝑm diuisionē nicolai ꝛ multoꝝ expositionē ponitur tribulatio temporis anticristi ꝓpter magnitudinē seductionis. qz vltra magnitudinē afflictionis ex tormentis adhuc erit persecutio magna ex seductione. cum multi fideles per sola signa anticristi ꝛ discipuloꝝ eius seducerent vt illi asserunt. ꝛ ꝑm hoc exponit littera sic. ⌊ Tunc ⌋. i. tempore antixp̄i. ⌊ Siquis vobis dixerit hic est cristus ⌋. i. cristus verus apparuit in mūdo: ꝛ dicit vobis dixe*rit*. i. fidelibus. ⌊ Hic est cristus aut illic ⌋. i. in vno loco vel in alio designando loca. ⌊ Nolite credere ⌋. q. d. non erit ille xp̄s sed antixp̄s. ideo quicquid vobis dicatur nō credatis. ⌊ Surgent enī pseudo xp̄i ⌋. ostēdit eoꝝ fallaciam vt ea visa non admirent fideles. s. q̄ antixp̄i ꝛ pseudo ꝓphete signa et prodigia facient. ꝛ vocantur pseudo cristi. i. falsi xp̄i: vel an cristi quasi multi sint. i. magister ꝛ discipuli. ⌊ Et pseudo ꝓphete ⌋. qui falsa ꝓphetabunt in fauorē antixp̄i. ⌊ Et dabūt signa et prodigia ⌋. s. mirabilia facient que opere demonū prouenient. ⌊ Ita vt in errorē deducant si fieri potest etiā electi ⌋. idē tāta erit vehemētia seductiōis ex magnis signis ꝛ ꝓdigijs q̄ decipient plurimi cristianoꝝ. nō solum mali. sed etiā electi erunt in periculo. licet tandem nō decipient sic q̄ fide perdita antixp̄m sequāt. ⌊ Ecce predixi vobis ⌋. i. iam dixi vobis q̄ hoc futurum sit. ideo cū euenerit nō inueniamini in cauti vt decipiamini sed vigilate. ⌊ Si ergo dixerint vobis ecce in deserto est ⌋. i. quia iam instructi estis q̄ ille q̄ venerit falsus erit non attendatis ad illū. ⌊ Nolite exire ⌋. s. ad videndū eum vel ad sciēdū quis aut qualis est: quia non poterit esse nisi fallax. ⌊ Ecce ī penetralibus ⌋. i. in domo secreta est. q. d. ꝛ reuelabitur post hec. ⌊ Nolite credere ⌋. quia neqz ibi esse potest cuz fallax sit. ⌊ Sicut enī fulgor exit ⌋. ista littera facit ꝓbationē q̄ non poterit esse verus cristus ille qui veniet. quia xp̄s cū venerit manifestus veniet: ꝛ non dicet ecce in deserto est aut in penetralibus est: sed statim de aduentu eius erit notū in toto orbe neqz poterit quis ignorare. Sed quia istud nō est de intentione nostra: sicut magis apparebit in questionibꝰ statim exponendū est de tempore tribulationis euenture ante euersionem ierusalem. s. ⌊ Tunc ⌋. i. tempore huiꝰ tribulationis quādo fugiendū est aut aliquo tempore ante. ⌊ Siquis vobis dixerit ⌋. i. fidelibus cōuersis de iudeis qui essent tunc in iudea ꝛ fugere deberent. ⌊ Ecce hic est cristus aut illic ⌋. i. xp̄us siue messias venit nūc ꝛ est in tali vrbe: vel in tali loco: ꝛ ideo non oportet fugere: quia ipse liberabit nos. ⌊ Nolite credere ⌋. sez quia nullus est cristus nisi ego. ꝛ ego nō veniam illo tempore quando isti surgent. ⌊ Surgent enī pseudo cristi ⌋. hoc dicit q̄ non venit vnicus qui vocaret xp̄s: sed plurimi post xp̄i mortem vsqz ad euersionē ierusalē. ⌊ Et pseudo ꝓphete ⌋. isti quoqz illo tempore venerūt ꝛ differebant a pseudo cristis. quia illi vocabant se messiā. Alij vero non dicebant se messiā: sed ꝓphetas ꝛ annūciabant aliqua falsa ex parte dei. quasi deus illa dixisset. ⌊ Et dabunt signa ꝛ prodigia ⌋. s. facient miranda ad cōfirmationē erroris sui. ⌊ Ita vt in errorē inducant si fieri potest etiā electi ⌋. s. non solū iudei ꝛ gentiles qui in errore permanent trahent hoc errore: sed etiā aliqui fideles qui vocantur electi erunt in periculo errandi. ⌊ Ecce ꝑdixi vobis ⌋. est ista admonitio ad cauendū. q. d. ego prenūciaui vobis mala que euentura sunt ab istis falsis cristis: ideo nō decipiamini ab eis. nam si nō prenunciassem nō erat mirandū q̄ faleremini. ⌊ Si ergo dixerint vobis ⌋. i. quia iaz vos admonui ꝛ scitis q̄ quicūqz venturus est falsus est. quicquid vobis dicat de cristo non credatis. ⌊ Ecce in deserto est ⌋. q. d. vbicunqz dicatur vobis absens esse nō eatis ad illuz. ⌊ Nolite exire ⌋. s. ad videndū quis sit. ⌊ Ecce impenetralibꝰ est ⌋. i. in locis occultis. ⌊ Nolite credē ⌋. i. in nullo loco est: ideo falsum est quicqd vobis annunciat. ⌊ Sic enī fulgur ⌋. ostendit falsam esse annunciationem illam: quia si xp̄s veniret non posset de eo dubitari. ita q̄ diceret in deserto est: vel impenetralibus est. sed erit aduentus suus manifestus quandocunqz ille venerit: sicut est de fulgure quod nō venit paulatim. ita q̄ in aliqua regione appareat nunc ꝛ post aliquantū tempus appareat in alia. sed subito apparet vbiqz. ita erit de aduentu cristi: qui a manifestus erit subito in toto orbe. vnde dicit. ⌊ Sicut enī fulgur exit ab oriente ꝛ apparet vsqz in occidentē ⌋. i. fulgur statim vt significatur licet veniat de parte orientis nō apparet prius in oriēte et post aliquātū tempus in occidentē: sed simul in oriente ꝛ occidēte apparet eo q̄ est in loco sublimi ō quo ab omnibꝰ videri

potest.ita erit de aduentu xpi:quia quando veniet apparebit in aere.7 talia cū ipso manifestabūtur q̄ nō poterit de suo aduentu dubitari. veniet enī in potestate magna 7 maiestate: vt dicitur.j.in littera.7 sequenti.c. ⌊Ita erit aduentus filij hominis⌋.i.aduentus meus talis erit.s.manifestus omnib⁹ subito:7 nō poterit de eo dubitari ab aliquo ita vt dicatur ei: ecce xps est in deserto veni 7 vide.vel ecce in penetralibus est intra 7 videbis.⌊Ubicunq3 fuerit corpus⌋.dat aliam rationē manifestationis sue.s.non poterit dubitari de aduentu cristi: quia quando ipse apparuerit ibi erunt omnes homines vbi ipse apparuerit.ideo omnes necessario videbunt:7 non dubitabit aliquis an venerit.⌊Illic cōgregabunt 7 aquile⌋.exemplo vsus est.s.sicut.dato.cadauere aliquo licz de lōginquo:cōueniunt illuc vultures 7 aquile.ad deuorandū illud.Ita 7 ad ueniente cristo congregabuntur omnes homines ad locuz in quo ipse fuerit.¶Queritur de quo intelligitur littera ista: Q°.71.
¶Aliqui dicunt q̄ intelligit de aduentu cristi.motiuū autez videtur esse quia hic dicit de pseudo xp̄is:7 tamē antixps erit falsus cristus:etiam quia ista putant competere illi tempori cum dicant tunc quoq3 deceptiones multas futuras.¶Dicendum q̄ verū est q̄ anticristus 7 discipuli eius 7 prophete ipsi facient signa mendacia.vt apostolus dicere videt loquēs thessalonicensibus qualia sunt ista que hic ponuntur .7 tñ ista que ponuntur hic non accipiunt pro temporibus antixp̄i: sed pro tempore euersionis ierusalē.7 concordat hoc littere: qa dicitur:tūc si quis vobis dixerit ecce hic est cristus.7 sic refertur ad ea de quibus statim dictū est.Sed dicebatur de tribulatione magna que supueniret quādo fugituri erant credentes de iudea.ideo de illo quoq3 tempore accipiendū est:si qs vobis dixerit ecce hic est cristus.Et hoc valde consonat veritati historice.Nam iosephus li.18.7.20.antiqui.7 li.2.7.3.de bello iudaico ponit multos qui eo tempore surrexerunt 7 se xp̄os vocabāt.7 eos iosephus vocat magos aut seductores 7 pseudoprophetas eo nomine quo illos xps vocauit de quo dictum est late.s.Et littera ista nō satis applicatur ad tempora anticristi nisi extorquendo sensum.Nam dicit in littera surgēt pseudo cristi.7 tamen anticristus vnicus est:nisi large accipiamus multi antixp̄i facti sunt. Ita q̄ omnis qui aliquo modo dicit contra xp̄m vocatur antixp̄us:ergo magis accipit de tempore euersionis ierusalem quando multi erant falsi cristi.
Cū autem Crisosto.dicit q̄ intelligitur hoc de aduentu cristi Dicendū q̄ ipse nō intendit q̄ de solo aduentu eius agatur hic quasi non agatur de antixp̄o:sed de aduentu ad iudicium Nam verū est q̄ de aduentu xp̄i agitur hic cū dicit. sicut enim exit fulgur ab oriente 7c.vt declaratū est in littera. tamē non inducitur illud quasi de principali intentione.sed solū ad probandū nō esse xp̄m eos de quor aduentu agitur.quos Crisostom⁹ vocat antixp̄m.7 tunc dicendū q̄ nō agitur hic de anticristo: sed de illis pseudo xp̄is qui apparuerunt ante euersionem ierusalem.7 ideo per argumentū inducitur de conditiōe aduentus xp̄i:ad ostendendū q̄ nullus illorum erit xps.quia nullus veniet sicut xps verus venturus est.s. omnibus manifestus.dixit autē xps hic de istis pseudo xp̄is.Primo ad ostendum se scire futura particulariter. Secundo 7 specialius ad p̄muniendū credentes ne errarent.Tertio dictum est propter illa que fuerunt statim supra posita.s.dixerat xps fugiēdum esse.7 q̄ orarent ne fuga ipsorum fieret yeme vel sabbato.Cum aūt surgeret tunc aliquis qui se messiam diceret ille assereret q̄ populū liberaret.7 ideo non esse fugiendū.vt autem credentes nō incidant in pericula si non fugiant talibus induci persuasionibus: dicit cristus q̄ hi qui venient falsi cristi sunt licet signa faciant.7 ideo non sunt neq3 saltem audiendi. Q°.72.
¶Queritur quare dicit.s.surgent pseudo xp̄i 7 pseudo pphete:¶Dicendū q̄ non loquitur de antixp̄o:sed falsos messias apparentes ante euersionē ierusalē ostēdit.7 ideo dixit q̄ surgent pseudo xp̄i.i.qui falso sibi imponent hec nomina.7 recte dicit surgent:quasi a seipsis veniant 7 nō mittantur a deo.qui autē verus xps est nō venit a seipso sed a deo mittit.7 hoc cristus de se sepe dicebat q̄ nō venerat a seipso neq3 loquebatur a seipso:sed pater eū miserat.7 ideo improperabat iudeis qui non receperant eum venientē in nomine patris.7 reciperent alium qui veniret in nomine ppr̄io.i.suo.Joh.5.c. Item cū antixps verus vnicus sit.Si xp̄us vocasset hic pseudo xp̄os antixp̄m 7 sequaces eius nō adiungeret statim de pseudo pphetis qui erāt ministri:sed adiecit.ergo nō erunt multi antixp̄i.i.vnus verus 7 alij mēbra eius.¶Sed dicendū q̄ accipitur de falsis xp̄is ante euersionē ierusalē qui multi fuerunt: 7 cū illis etiam fuerūt pseudo pphete.Et ob hoc etiaz Jeronym⁹ exposuit litteraz vtroq3 modo.s.de illis falsis xp̄is 7 de antixp̄o cū ait.quod hic de pseudo pphetis intelligit intelligi potest sic.multi enī tempore captiuitatis iudaice principes extiterūt qui xp̄os se esse dicerent.intantū q̄ obsidentib⁹ romanis tres fuerūt intus factiōes.7 addit sed melius de cōsūmatione mūdi dicit:vt expositū est.potest aūt 7 tertio de hereticorum circa ecclesiaz pugna intelligi:7 de istiusmodi antixp̄is qui sub opinione false scientie cōtra xp̄m dimicāt. Sed dicendum q̄ exponere hoc de hereticis mysticū est nō litterale. exponere aūt de antixp̄o 7 fine seculi nō plene cōuenit littere vt dictū ē.¶Queritur cū dicat q̄ pseudo xp̄i facient signa magna 7 pdigia quid inter hec differat.¶Dicendū q̄ tam signū q̄ pdigiū mirandū est:7 ideo mouebat auditores. sed differūt. quia signa dicunt illa que ad significandū inducta sunt.i.in significationē vel ostensionē veritatis aliquarū rerum.pdigia dicunt:q3 magna sunt 7 ideo nō subiciunt potestati cuiuslibet nam interdū faciebāt aliqua mirāda specialiter ad pbationez alicuius rei.7 illa vocabant signa quia significabant.i.ostendebāt vez esse id quod asseruerat ille qui hec signa faciebat. interdū vo faciebāt tales aliqua miranda ad ostentationē.vel saltē nō ad pbationē alicuius rei specialis.7 illa nō vocabant signa:quia nō erant ad significandum:sed pdigia quia magna erant.7 nō subiciunt potestati hominū.ideo dicunt prodigia quasi pcul a digito.i.a potestate nostra operatiua que i manu 7 digitis est:iuxta illud.ps.8.Quoniā videbo celos tuos opera digitor tuor.i.celi p digitos dei facti sunt. Alij dicūt q̄ signa 7 pdigia differūt:quia signa sunt mirāda: sed minora quidē.pdigia aūt sunt maiora.sed dicendū q̄ hoc nō multum pquenit.q3 dicit i littera signa magna.ergo tam signa q̄ pdigia magna erāt.sed ex rōne pcedenti differebāt.7 iste modus loquēdi est in scriptura de omnibus qui faciunt miranda siue vere siue false.sic dicit de Stephano.Actu.6.c.q̄ faciebat signa magna 7 pdigia in populo. Q°.74
¶Queritur quomō isti pseudo xp̄i 7 pseudo pphete faciebant miracula cū falsi eēnt. nam miracula dei sunt 7 nō ptinent ad eos qui mētiunt se esse quod nō sunt.¶Dicendū q̄ faciebant signa 7 pdigia sed nō miracula.nunq̄ enī cōcedendū est q̄ demones aut magi miracula faciāt sed mirāda.nā mirandū est quodlibet quod admirationē inducit.7 illud ē quicqd excedit cōmunē potestatē. miraculū aūt virtutē diuinā inducit.ideo nō fit nisi p deum Sed q̄ demones 7 falsi pphete nō faciāt miracula cū miranda faciūt: venit pter duo.Primū est quia ea que faciūt falsa sunt.7 si vera essent miracla dicerent.sicut suscitare mortuos miraculū est quod demones 7 magi facere vident: sed nō faciunt.ludificant enī oculos nostros vt videat esse quod nō ē. 7 iste est generalior modus operationis demōis 7 eor qui demonē sequunt.sic dicit scōa ad thessal.c.2.de antixp̄o.s.cui⁹ aduentus erit p̄m operationē sathane in omni virtute 7 signis 7 pdigijs mendacibus 7 in omni seductiōe. Scōm erit q3 aliq̄ miranda in veritate faciūt demones vel magi:sed nō sunt miracula.quia non accedunt illa adhuc ad opationem miraculi cum miraculū fit de solis illis que infinitā potestatē exigūt et nō sufficit ad illa minor quā infinita virtus.sed demones non habent infinitam virtutē:sed solus deus.ideo illi munq̄ mira

cula faciunt. sed alia minora. sicut mouere homines per aera quasi volantes: erradicare arbores. diruere edificia ⁊ mouere partes montiū. ⁊ multo plura facerent si permitterent̄. sed angeli ministri diuine prouidentie coercēt eos. De istis autez falsis xp̄is ⁊ pseudo pphetis dicendū q̄ magi erāt ⁊ in virtute demonū faciebant. vnde iosephus. li. 18. ⁊. 20. antiquitatū. ⁊. 2. ⁊. 3. de bello iudaico eos vocat magos ⁊ seductores. ⁊ iō illud facerēt quod demon facere poterat. ⁊ ita facerent signa magna ⁊ p̄digia ita vt eis crederet̄. ¶ Sed quomodo stat q̄ isti pseudo pphete facerent signa ⁊ p̄digia: q̄ per hec p̄batur veritas pphetie in veris pphetis. si autez falsi pphete qui a deo nō sunt p̄ossunt hec facere: nō est aliqua p̄batio qua constet veros esse pphetas ⁊ a deo missos. ⁊ tamē per istū modū p̄batur veritas pphetie. Deutero. 18. c. ergo nō possūt pseudo pphete signa facere. ¶ Ad hoc dicendū q̄ miracula sunt certissima p̄batio cuiuslibet veritatis. ⁊ tamē interdū falsi pphete faciunt mirāda. Sed hoc potest multiplicit̄ stare. Uno modo vt dicat̄ per distinctionem illā que data fuit. Deutero. 13. ⁊. 18. c. s. q̄ ille qui aliquid asserit quasi a deo dictū ⁊ mirabile vel signū facit. aut inducit signū ad cōfirmationē dictorū suorū aut nō. quando enim nō inducit in cōfirmationē: dicendum q̄ nō potest mētiri ⁊ dicta sua possunt esse falsa neq; cōfirmanē signo aut miraculo facto: cū illud signū vl̄ portentū nō inductū fuerit ad cōfirmationē vel p̄bationem dictorum. Si autē inducit signū ad cōfirmationē dictor̄: aut dicit ille pphe-
Q°.75. ta ea que vult asserere anteq̄ p̄mittat signum. vel postea. Si verba precedūt fit sufficiens p̄batio ⁊ cōfirmatio p̄ miraculum. vt si ille dicat dominus mandat vobis facere hoc aut illud. ⁊ in signū huius ecce suscitabitur iste mortuus: vl̄ eueniet talis res. si illud fiat q̄ dixit sufficienter p̄batur verus esse q̄ asseruit. Et in hoc casu habet verū regula posita. Deutero. 18. c. ad cognoscendū quādo pphēta locutus est ex parte dei: ⁊ quādo nō. Nā si signū quod p̄dixit nō euenerit planū est q̄ non fuit deus locutus q̄ iste asseruit neq; a deo missus est: sed de corde suo finxit. Si autem euenit signum quod ille dixit. certum est q̄ vera sunt verba que asseruit ⁊ a deo missus est pphēta. ⁊ hoc modo nunq̄ pseudo pphete poterant facere miracula aut signa que p̄bent dicta sua. si autē p̄ faciat pphēta miraculū vel signum ⁊ postea dicat deus mandat vobis occidere istum hominē vel facere hoc aut illud: non cōfirmatur dictus per signum licet pphēta velit inducere illud in p̄probationē: eo q̄ iam signū illud factum est neq; potest nō esse. ⁊ si per illud cōfirmarent̄ ea que postea dicunt̄ nō posset pphēta postea mentiri quod falsum est: quod patet quia als mendacia sua omnia cōfirmar et illo signo quod est absurdū. ⁊ ideo signum prius factum non p̄bat ea que postea dicunt̄ vera esse. Ratio huius est quia deus nō potest esse testis iniquitatis et mendacij. ⁊ cum miraculum per solum deum fiat non faciet illud petente homine si ad probandum falsum illud petat. quia tunc deus esset testis ⁊ auctor mendacij. Et quia si quis dixit aliquid esse verum aut a deo dictum esse ⁊ in huius p̄bationem addit q̄ fiet tale miraculū aut signus. si illud sequat̄ deus illud facit ⁊ attestat̄ verum esse quod dictum est. ⁊ nūq̄ falsitati attestat̄. ideo sufficienter probatur hoc modo verbum p̄cedens verum esse. sed quādo iam factum est signū vel miraculū ⁊ sequuntur verba: non potest miraculum illud prodesse in cōfirmationē futuror̄ verborum: cum deus non ostendat aliquid in testimoniū illorus. ⁊ ideo taliter faciens signa potest mētiri: ⁊ iste est casus: Deutero. 13. c. de pphēta q̄ p̄dixit signa ⁊ portenta ⁊ euenerūt. ⁊ postea dixit eamus ⁊ colamus deos alienos. iubet enim deus nō audiendum talem pphētam: sed occidendum: quia deus nō iussit illud dici. e. c. ⁊. 18. Alio modo potest dici q̄ quando pphete inducunt in probationē dictorū suorū signa aliqua q̄ probatio sufficiens est si sint illa miracula. Secus si non sint miracula: sed aliqua admiranda vt dictū est precedenti. q. ⁊ ratio est quia miracula solus deus facit: ⁊ ille nō potest eē testis falsitatis quia fidelis est ⁊ seipsum negare non potest. 2. ad Thimo. 2. c. Et tamē seipsum qui veritas est negaret si mentiret̄ approbās p̄ miraculum suum aliena mēdacia: ergo per miraculū nunq̄ approbātur mēdacia ⁊ sic pseudo pphete miracula nō faciūt. de admirandis rebus secus est. quia multe earum licet humanam potentiam excedunt: nō excedūt potentiā demonū. sed cū magi operent̄ virtute demonū īmo eis ministrantibus poterūt facere ista admiranda in cōfirmationē mēdacij: sed de illis dicendum q̄ nō faciunt p̄bationē dictorū. ⁊ talia erant pseudo cristorum ⁊ pseudo pphetarū p̄digia ⁊ signa magna. Aliter ad huc potest dici q̄ falsi pphete possunt deducere improbationem dictorū suorū miracula. ⁊ tamē illa non confirmant dicta sua licz fiant post assertionē suor̄ dictor̄. ⁊ hoc quia illa videtur miracula: sed non sunt eo q̄ falsa sunt. Nam si essent vera essent miracula sicut apparens suscitatio mortuorū. talia aūt faciunt interdū falsi pphete cum ⁊ ipsi videātur mortuos suscitare. cecos sanare ⁊ huiusmodi que nō possunt fieri nisi virtute dei. ⁊ tamen ista nō probant dicta illorū esse vera cū ipsa miracula nō sint vera sed apparentia. Et licet demones possint fallere oculos nostros vt aliquid videat nobis videre q̄ nō videmus: tamē per hec nō trahunt̄ bom ad aliquid maluz quia deus per cuius puidentiam arcentur demones a malis que facere volunt. nō permittit illos fallere bonos. aut nullo modo facere talia circa ea in quibus potest preiudicari saluti humane. ⁊ si aliqd permittit hoc solū ē quantū ad eos q̄ mali sunt ⁊ perituri. sic dicit̄. 2. ad Thessal. 2. c. s. cuius aduent⁹ erit ſm operationē satbane in omni virtute ⁊ signis ⁊ prodigijs mendacibus ⁊ omni seductione iniquitatis his qui pereunt. Et tamē dicendū q̄ etiā quantū ad pereuntes nunq̄ deus p̄mittit demones operari tam efficaciter vt non possit intelligi an sint opera sua vera vel fallacia. vnde nō est occasio erroris ex parte dei. ¶ Querit̄ de hoc q̄ dicitur vt in errorē ducant̄ Q°.76.
si fieri potest etiam electi quomodo potest stare: quia electi nō possunt errare. ¶ Dicendū q̄ hec difficultas ō erroze electoruz est quantū ad vltimū errorē. s. per finalem impenitentiaz. Nam in talē errorē nunq̄ incidet qui electus est: quia sic frustraretur diuina electio. sed de erroze dum viuit nō est dubiū quī electi possint peccare mortaliter ⁊ sepe peccēt. ⁊ sicut peccant in peccatis actionū ita ⁊ in fide possunt peccare. sed ante mortē penitebūt ⁊ sortient̄ effectū electio. Nūc ℣o non agit̄ de erroze vltimo electorū: sed de illo quo errarent qui crederent falsis xp̄is ⁊ pseudo pphetis ante euersionē ierusalē. ⁊ iō etiā si electi aliqui in his errarēt: nō esset incōueniens. sed nō errauerunt: quia xp̄s nō p̄nūciat q̄ erraturi essent vt origenes dicit. ⁊ hoc fuit quia p̄monuit eos cauere ab his. quia als etiam aliqui ipsor̄ errarēt: Sed dicendū q̄ electi possunt accipi dupliciter. Uno modo q̄ omnes qui de iudeis in xp̄m crediderant vocarent̄ electi respectu iudeor̄ qui credere noluerāt. scz q̄ istos xp̄s elegerat applicando ad se vt in ipsum crederēt ⁊ alios nō elegerat: sed in sua īfidelitate reliquerat. Alio mō q̄ vocarent̄ electi p̄destinati ad vitā eternā. non electi aūt qui nō predestinati sunt. Accipiendo primo modo est sensus q̄ nō solum iudei deciperent̄ per alios falsos xp̄os vt eis crederēt. sed etiam xp̄iani conuersi de iudeis in piculo erant ad hoc q̄ seducerētur p̄pter magnitudinē signor̄. Accipiēdo scō modo est sensus q̄ non solū iudei: sed etiā aliqui xp̄iani q̄uersi de iudeis decip̄erent̄ p̄ signa illa. sed isti essent nō electi qui fidez infirmiorē haberēt. electi ℣o. i. p̄destinati qui firmiorē habebant fidē: licz in piculo essent nō erāt finaliter seducēdi: q̄ fides in eis p̄ualeret. Ponit aūt q̄ esset xp̄s in deserto aut impenetrabilib⁹ p̄pter duo. Primo ⁊ p̄cipue ad figurandū rē occultā. Nā ista duo loca sunt occulta. s. penetralia ⁊ desertū. penetralia quidē: quia nemo illuc intrat nisi is cuius sunt. desertum vero quia pauci illuc vadūt cū nemo ibi habitet. ⁊ ponitur de loco occlto: quia si in publico xp̄s esset nemo alteri di-

ceret ecce illic est aut illic: quia quilibet eū videret. sed quia est
in occultō potest vnus videre eū ⁊ alius nō. ⁊ vnus diceret al
teri ecce in tali loco est xp̄s. Secūdo ad tollendū id quod sub
ditur. s. nolite exire. nam xp̄s dixit discipulis q̄ quicquid eis
dicerēt de xp̄o nō irent ad videndū eū: ideo vt xp̄s diceret di
scipulis q̄ nō irent ad videndū eū qui xp̄s dicerēt debuit dice
re de locis occultis ⁊ remotis. scz de deserto ⁊ penetralibus
Et licet iudei crederent vnicū esse messiam sequebant omnes
Q.°.77. istos eo q̄ neminē p̄ certo tenuerant esse messiam. ¶ Queri
tur ad quid xp̄s dixit sicut enī fulgur exit ab oriēte ⁊ apparet
vsqz in occidētē ita erit aduēt⁹ filij hoīs. ¶ Dōm q̄ xp̄s h̄ vo
luit dicere de suo aduentu ⁊ posuit cōditionē eius. causa aūt
prima erat q̄ quesierāt discipuli de isto aduentu ⁊ ideo debu
it de illo respōdere. Secūda fuit quia in veritate xp̄s ventu
rus erat ideo cōuenīēs erat dici q̄ veniret. Tertia ad non in
fringendā opinionē discipulorū p̄ nunc. nā illi credebant xp̄m
venturū ad regnandū temporaliť. Et si moreret sicut statim
futurū erat. s. post triduū: ⁊ nō diceret eis de aduentu suo pu
tarent eū nō venturū cū iam mortuus esset. dixit ergo de ad
uentu ⁊ de modo aduētus vt postq̄ mortuus esset nō despe
rareť de suo aduētu. Quarta fuit quia xp̄s aliquādo vētur⁹
erat ⁊ voluit ꝯditionē aduentus designare vt sciret ī q̄li mō
veniret cū nō esset venturus sicut prius venerat. Quinta et
p̄cipua fuit quia voluit ostendere differentiā inter aduentum
suum ⁊ eorū qui hoc nomē cristi sibi vsurpabāt vt nō fallerē
tur credētes circa illos. Nam de illis dicendum erat ecce xp̄s
est ī deserto ecce ē impenetralibus. ⁊ dixit xp̄s q̄ p̄ hoc agno
sceret illos esse falsos xp̄os. Nā verus xp̄s q̄n veniret nō esset
in penetralibus aut in deserto: ita vt opus esset ire ad viden
dum eū ⁊ dubitari posset de eo. sed ita manifestus erit q̄ sub
ito ab omnib⁹ videbiť ⁊ nemo de eo poterit dubitare an ipse
sit. Et sciendū q̄ licet discipuli quādo nūc querebāt de aduen
tu xp̄i acciperēt de aduētu eius ad regnandū temporaliter et
nullus talis aduentus futurus erat. tamē respondit de aduen
tu suo qui erit ad iudicandū in fine seculi ⁊ discipuli nō puta
bant tūc de tali aduentu: sed de aduentu ad regnandū tempo
raliter ⁊ xp̄s noluit eis declarare q̄ non esset venturus ad re
gnandum temporaliter: quia nūc scandalizaret. ⁊ quia ipi ali
quādo crediturī erāt q̄ xp̄s veniret ad iudicandū mortuos ⁊
nō ad regnandū temporaliter voluit nunc dicere qualiter ve
niret tunc. Est aūt modus iste sicut in apparitione fulgoris.
Nam fulgur licet moueať p aerē non apparet successiue. i. q̄
nunc appareat in vna terra ⁊ post aliquantū temporis ī alia.
Sed subito sicut gigniť apparet sup totū orizontē illius emi
sperij in quo gigniť. sic xp̄s cū venerit ad iudicandū erit ma
nifestus omnibus hominibus. ⁊ hoc ꝓpter duo. primo quia
veniet in maiestate ⁊ apparatu magno. sic dicit. j. in littera. s.
⁊ videbūt filium hominis venientē in nubibus celi cū virtu
te multa ⁊ maiestate. ⁊ ista fuit causa quare in primo aduen
tu nō fuit xp̄s cognitus ob omnibus. s. quia venit pauper et
sine apparatu aliquo. ⁊ nisi fuisset ꝓpter multitudinē miracu
lorū q̄lia nemo ante eū egit. Joh. 15. c. que fecit postq̄ cepit
predicare. s. in anno tricesimo vite eius. Lu. 3. c. Et p̄ sequēs
triennū vsqz ad mortē nemo eum agnouisset aut credidisset
eum. Nam triginta annis p̄cedentib⁹ a nemine agnitus est sed
vt simplex homo cōuersabať. Scōa causa est quia cū apparu
erit scōa vice omnes homines erunt coram eo. Nā veniet ad
iudicandū ⁊ ideo in circuitu eius erunt omnes homines. qa
omnes iudicandi sunt aut iudicaturi. sic dicit sequenti. c. Cuz
venerit filius hominis in maiestate sua cōgregabunť ante eū
omnes gentes. ¶ Sed queret cū xp̄s voluerit dicere p̄ hoc
Q.°.78. exēplum de fulgore aduētuz suū omnibus hominibus futu
rum manifestū: quare dixit de fulgure. quia poti⁹ poterat no
tificare p̄ alia. s. p̄ solē aut lunam vel astra. quia ista manifesti
ora sunt q̄ fulgur ꝓpter luminis multitudinē. Secūdo quia
quādo xp̄s veniet erit in maiestate regni sui. ⁊ tamē ad ostēn
dendū gloriā regni sui nō assimilať fulguri sed soli. sic p̄tz. ℨ.
17. c. cū. ℨ. 16. c. dixisset quosdā discipulos nō morituros quo
usqz viderēt eū venientē in regno suo. i. in gloriam regni sui.
transfigurauit se vt istā gloriā ostēderet. ⁊ in transfiguratione
dicit q̄ fuit vultus eius resplēdens sicut sol ⁊ vestimēta eius
sicut nix. ⁊ nō dicit de fulgure. ideo hic de sole potius debuit
dici. Nam etiā sol quādo apparet ostendeť omnibus existenti
bus in illo emisperio. ¶ Dicendū q̄ posuit xp̄s similitudinē
de fulgure potius q̄ de sole aut luna. primo quia agitur h̄
de aduētu ad iudiciū qui aduētus erit terribilis. Nā dicit. j.
in littera q̄ apparebit signū filij hominis. ⁊ tūc plangēt om
nes tribus terre. fulgur ꝟo est aliquid exterrēs homines. sol
ꝟo ⁊ luna ⁊ cetera astra nō exterrēt: sed potius suo lumīe val
de demulcent. quia dicit ecclīastes. 11. c. Dulce lumē ⁊ dele
ctabile est in oculis hominū videre solem. ideo magis cōpetit
fulgur ad designandū illū aduentū q̄ sol aut astra aliqua. Se
cūdo ⁊ principaliter p̄ modū apparitionis: nam xp̄s vult hic
ostendere q̄ apparitio sua erit subita ⁊ omnibus manifesta. ⁊
ad hoc magis cōuenit cōdicio in fulgoris apparitione q̄ so
lis. quia sol semp circuit celū ⁊ p̄ motū suū aliquādo est supra
orizontē aliquādo infra. ⁊ cū est in vna parte mūdi nō videtur
ab alijs qui sunt in alio orizonte. ⁊ ad hoc q̄ videať ab his a
quib⁹ nō videbať venit ad eos p̄ motū. Et ita successiue facit
se videri ab hominibus. fulgur aūt nō circuit celū: scz in parte
alia celi in qua gigniť apparet ⁊ dū ibi est videť simul ab orie
te ⁊ occidēte. i. sup totū orizontē etiā si nō moueať. ideo appa
ritio fulgoris magis assimilať apparitioni xp̄i ad iudiciū ve
nientis quā apparitio solis vel stellaꝝ. de hoc dicit Crisosto.
in omelia. s. sicut supra dixit qualiter antix̄ps ventur⁹ est ita et
p̄ hoc ostēdit qualiter ipse sit venturus. sicut enī fulgur nō in
diget annūciāte aut p̄cone: sed in instanti ⁊ momēto temporis
monstrať p̄m vniuersum orbē terraꝝ ⁊ his qui in thalamis se
dent. ita aduēt⁹ xp̄i simul apparebit vbiqz ꝓpter glie fulgorē Q.°.79.
¶ Queriť quare dixit xp̄s vbicunqz fuerit corpus ibi ꝯgre
gabunť aquile: ¶ Dōm q̄ hic xp̄s voluit ostendere causam
supradictoꝝ. Nā dixerat q̄ apparebit subito omnib⁹ homini
bus sicut fulgur apparet. dubitaret aliquis quomō hoc po
terat esse. ideo hic ostēdit qualiter erit. s. per hoc q̄ in loco in
quo xp̄s apparuerit erūt omnes homines simł. ideo videbūt
eum. ⁊ hoc quia omnes cōuenient ad eū. Et quia aligs dice
ret quomō cōuenient omnes homines in locū vnū: dicit xp̄s
q̄ erit sicut fit in cadauere ⁊ vulturibus aut aquilis. Nam lz
sit cadauer ad multā distantiā iste aues p̄ odorē sentiunt a re
motissimis p̄tibus ⁊ ꝯgregańť ad cadauer vt illud lacerent ⁊
deuorent. sic vbi fuerit xp̄s apparēs veniēt oēs homines q̄n
tumcūqz inde dissēt. ⁊ hoc est qō dicit vbicūqz fuerit corp⁹. i.
vbi est cadauer cōgregańť aquile. i. aues similes. s. corui vul
tures ⁊ aquile. sic dicit Jeronym⁹ sup matł. s. de exēplo na
turali qō quotidie cernim⁹ instruimur in xp̄i sacramēto. aqle
enī ⁊ vultures etiā transmarina dicunť sentire cadauera. ⁊ ad
escam huiuscemodi ꝯgregari. si ergo irratiōabiles volucres
naturali sensu tantis terrarū ſpatijs sepate puū cadauer senti
unt vbi iaceat. quāto magis omnis multitudo credentiū de
bet ad xp̄m festinare. dicitur autem vbicunqz fuerit: quia est
oratio in cōpleta quātū ad intentionē xp̄i. s. sicut vbicūqz fue
rit corpus. i. cadauer cōgregańť statim illuc aquile ⁊ vultu
res. ita vbi fuerit xp̄s apparens ꝯgregabuntur illuc omnes.
Et posuit cōuenīēs exemplū: q̄ dixit vbi fuerit corpus. s. qa
corpus īmobiliter stat. aquile ꝟo ad illud mouenť. ita xp̄s in
suo aduentu ad iudiciū erit sicut cadauer illud. s. q̄ nō discur
ret p̄ mundū ad hoc vt videať: sed apparebit in loco vno. i. in
loco passionis sue siue in valle iosaphat aut alicubi ⁊ illuc cō
uenient omnes homines. nā resurgent mortui ⁊ deportabūť
ab angelis ad locū iudicij ⁊ ibi omnes videbūt xp̄m. ¶ Que- Q.°.80.
ritur quare xp̄s dixit de aquilis. s. illuc ꝯgregabunť ⁊ aquile.
nam hoc vultures potius faciūt. ¶ Aliqui dicūt q̄ licet hoc

coruis ⁊ vulturibus cõueniat tñ de aquilis dictũ est. q; sctõs signare voluit qui ꝓpter volatũ aquile dicunt. sic dicit hylarius super matth. s. vnde ne loci in quo futurus esset essemus ignari dicit vbicũq; fuerit corp⁹ ⁊c. sctõs enĩ de volatu spiritualis corpis aquilas nũcupauit: quor ꝯgregantib⁹ angelis conuentum futurũ in loco passionis ostendit. ⁊ digne illic claritas aduentus spectabat vbi nobis gloriã eternitatis passiõe corporee humilitatis operat⁹ est. Et est sensus lre fm hylariũ vbicũq; fuerit corp⁹ ibi ꝯgregabunt ⁊ aquile. i. in loco ĩ quo corpus xpi mortuũ stetit qñ erat corp⁹ siue cadauer ⁊ nõ homo: illuc ꝯgregabũt aquile. i. ꝯuenient sancti ad iudiciũ. ⁊ ũst eundẽ sensum tenet origenes sup mth. dicẽs: ⁊ nõ dixit vbi cũq; fuerit corp⁹ ibi ꝯgregabunt corui aut vultures ſz agle. volens ostendere magnificos ⁊ regales omnes qui in passionẽ dñi crediderũt. Jeronym⁹ quoq; sup matth. ait. aquile enĩ appellãt quib⁹ iuuent⁹ renouata est vt aquile. ⁊ qui assumũt pẽnas vt ad xpi veniãt passionẽ. ¶ Sz dõm ꝙ iste expositiones sunt mystice ⁊ nõ lrales. s. ꝙ vocent iusti aquile ꝓpter spiritualẽ volatũ. sed necesse est de aquilis que sunt aues intelligi. Scõo quia tũc nõ ꝓbaret xps ꝯueniẽter de aduẽtu suo ꝙ tũc videret ab omnib⁹ hominib⁹. nam ipse intendebat ostẽdere ꝙ aduẽtus suus nõ erit occult⁹ ita vt de illo dubitari possit ⁊ possit quis dicere ecce in penetralibus est xps aut in deserto. sed ꝙ omnib⁹ hominib⁹ erit manifestus. ⁊ tamẽ si aquile ꝓ iustis accipiant nõ signat ad aduentũ xpi ꝯuẽturos omnes homines: sed solos iustos. ideo nõ accipit sic. Tertio qr preter hoc ꝙ vult ꝓbare differentiã int apparitionẽ suã ⁊ falsor xporũ. vult adhuc cõditionẽ aduentus sui oñdere. tũc enĩ omnes homines ꝯuenient ad ipm. sicut dicit sequẽti. c. ꝙ cõgregabunt ad eũ omnes gẽtes. ⁊ tamẽ nõ signat ista cõditio accipiendo aquilas ꝓ iustis. ¶ Dõm igit ꝙ nõ accipiunt aquile ꝓ iustis. neq; ꝓ aliquib⁹ hominib⁹: sed est cõparatio sic dictum est ꝓcedenti. q. s. ꝙ sicut vbicũq; est cadauer statĩ cõgregant aquile. corui. ⁊ vultures. quãtũcũq; distent. ita cũ xpus venerit ad iudicandũ statĩ occurrẽt omnes homines in locum in quo xps apparuerit licet in ptibus distantissimis orbis iacuerint vel sepulti fuerint. Et vicendũ ꝙ poterat dici illuc cõgregabunt aquile vel corui aut vultures: quia ista solẽt conuenire de volucribus ad deorãda cadauera. ⁊ ita ponit origenes de tribus his sup matth. vt dictũ est ⁊ etiã Jeronymus ¶ Sed dicendũ ꝙ de coruis dici nõ debuit: qr nõ ꝯueniebat exemplo xpi. Nã ille volebat inuere ꝙ quantũlibet distẽt iste volucres a cadauere statim veniũt. ⁊ hoc nõ possunt facere nisi ꝓ odorẽ. qr a longinquissimis regionib⁹ ꝓ odorẽ ꝓcipiunt vbi iaceant cadauera. sed hoc nõ ꝯuenit coruis. non enĩ a longinquo ꝓ odorẽ apprehendũt cadauera. sed hoc habẽt vultures ⁊ aquile. Sic dicit Jeronym⁹ sup matth. aquile enĩ ⁊ vultures etiã trãsmarina dicunt sentire cadauera ⁊ ad escam huiusemodi cõgregari. ideo nõ debuit dici de coruis. de vulturibus quoq; nõ dictum est licet odoratus eor ꝓspicatior aut acucior sit quã aquilar. ⁊ hoc ꝓpter duo. Primo quia forte in terra chanaã in qua xps loquebat: non abundãt vultures ⁊ abundant aquile. ⁊ qr exempla poni debent ꝓ res notas: dixit de aquilis que cõgregant ad cadauera ⁊ nõ de vulturib⁹. Scõo ⁊ precipue fuit quia nolare vulturẽ non cõpetebat ad intentionẽ xpi: sed aquilã. ⁊ ratio est quia xps volebat ponere cõditionẽ sui aduentus quantũ ad modũ cõgregatiõis sanctorum ⁊ omniũ alior hominũ. Et ista ꝯgregatio duas cõditiones habet. Prima est ꝙ de quacunq; pte terrarũ in qua fuerint mortui resurgent ⁊ cõueniẽt ad locũ in quo xpus fuerit. Scõa est ꝙ ista cõgregatio fiet subito. s. in momẽto ⁊ in ictu occuli. sicut dixit apls. 1. Chor. 15. c. quantũ ad primã bene conueniunt vultures ⁊ aquile. imo ⁊ fortassis vultures acutiores sunt in odoratu vt de longinquioribus moueantur ad veniendũ. Scõa aũt cõditio ⁊ que est precipua deest vulturibus quoniã sunt tardi volatus ⁊ pigre veniunt. ⁊ ita nõ cõueniunt ad inuendũ subitaneã cõgregationẽ omniũ hominum quã tamẽ xps intendit inuere. aquila autem valde cõuenit ad hoc: quia est impetuosi celeris ⁊ fortis volatus. ⁊ subito trãsuolat magnam regionẽ. ⁊ ob hoc deus cõparat fortitudinem quam ipse dat sanctis volatui aquilaruz: quia fortis est. Isa. 40. c. s. qui sperant in domino mutabunt fortitudinem assument pẽnas vt aquile. current ⁊ non laborabunt. ambulabũt ⁊ non deficient. Et ista est vera causa quare aquilas nominari fuit ꝓueniens ⁊ non vultures neq; coruos. licet hij quoq; ad cadauera cõueniant. ⌊ Statim autem ⌋. descripta supra responsione ad vnã questionẽ discipl⁹ ꝓponitur hic responsio ad aliam. nam quesierant discipuli tria. s. de tpe euersionis ierlm ⁊ de aduentu xpi. ⁊ de consummatione seculi. licet de aduentu xpi ⁊ consummatione seculi multi volunt esse vnam questionem in quo non differt. Nam dixerunt dic nobis quando hec fient ⁊ quod est signum aduentus tui ⁊ consummationis seculi. respondet autem xps ad primũ de euersione ierusalez ponendo omnia que precessura erant. ⁊ circa que expediebat instrui ⁊ cauere credentes tempore illo. ideo nunc transit ad fm scz vt de aduentu suo dicat qui est simul cũ seculi cõsũmatiõe. Sed in hoc cõsiderandũ ꝙ de aduentu suo loquitur hic xps dupliciter. Uno modo vt distinguat illud ab aduẽtu ⁊ apparitione falsorum cristorum qui venturi erant ante euersionem ierusalem. Alio modo vt dicat de vero aduẽtu suo qui est futurus ad iudicandum ⁊ de circũstantijs eius. Primo modo dicit de aduentu suo supra cũ loquebatur de falsis xpis. ostendens ꝙ illorum aduentus esset occultus ita vt diceretur de eis ecce xps in deserto est aut in penenetralibus. suus vero aduentus non sic: sed manifestus ita vt nemo de illo posset dubitare sicut est de apparitione fulgoris. Secũdo modo agit hic ostendendo de aduentu suo quas habebit circunstantias ⁊ signa precedentia. Et iste aduentus est in fine seculi. Et ita dicẽdo de hoc simul respondet ad questionẽ de aduentu cristi ⁊ de cõsummatione seculi. ⁊ diuiditur in duo. Quia primo ponũtur signa precedentia iudicium. Secũdo describit iudicis aduentum. ibi. ⌊ Et tunc apparebit ⌋. Circa primũ dicit. ⌊ Statim autem ⌋. putant aliqui accipi cõtinuatiue ad tẽpora antixpi: quasi in littera precedẽti actũ fuerit de apparitiõe antixpi ⌊ Post tribulationẽ illorũ dierũ ⌋. s. dierũ in quibus antixps vixit ⁊ turbauit ecclesiam. sic enĩ exponunt qui volunt litterã precedentẽ accipi de aduentu antixpi. sed de hoc statim ĩ questionibus dicet qd senciamus. ⌊ Sol obscurabit ⌋. ista sunt signa aliqua precedẽtia ad iudiciũ vt cõmuniter exponit ⁊ verum est. ⁊ est vnũ signũ obscuratio celestis luminis. ⌊ Et luna non dabit lumen suũ ⌋. erit defectus in maximis luminaribus id ẽ sole ⁊ luna. ambo enim defectũ patientur vt exponetur. ⌊ Et stelle cadent de celo ⌋. hoc fit vt nullum luminare maneat in quo non manifestetur aduentus ad iudiciũ. nam cum luna ⁊ sol obtenebrantur cetera signa vel sidera non solum obscurantur: sed aut de celo cadunt aut cadere videntur. Alij ad cometas. Alij ad viros ecclesiasticos referunt vt dicetur. ⌊ Et virtutes celorum ⌋. angeli sunt qui vocãtur virtutes celorum. id est virtutes existentes in celo: quia non sunt corpora lia entia sed virtutes quedam. i. spirituales substantie siue intelligentie vt philoso. dicunt. ⌊ Mouebunt ⌋. aliquis motus apparebit tunc in eis. non ꝙ moueant ꝓprie: quia entia pure spiritualia ⁊ non alligata materie non mouent licet moueant. sed moueri dicuntur: quia motus aliquos ostendẽt quos ante non ostenderant. ⌊ Et tunc ⌋. s. quando ista fient. ⌊ Apparebit signũ filij hominis ⌋. i. signũ xpi qui de se loquit ꝙſi de alio. ipse enim filius est hominis: quia est filius virginis. Et istud signũ putatur esse crux. ⌊ In celo ⌋. s. in aere nam aer vocatur celum iuxta illud. Luc. 8. c. aues celi comederunt illud id est volucres que sunt in aere vel in illo volant. ⌊ Et tũc plãgent ⌋. scilicet quando viderint signum cristi erit planctus iste: doloris quedam significatio. quia vel non crediderunt in cri-

stum vel quia eum perseeuti sunt ꝛ suos. ⁊ Omnes tribus terre ⁊ quia in omnibus tribubus erunt aliqui ad quos pertineat ista causa dolendi. ¶ Querit de quo tempore intelligit
Q°.81. ista littera: ¶ Dicendū q̄ ista q̄ habent in hac littera non fuerunt ante euersionē ir̄lm: sed accipiunt de tempore aduentus xp̄i ad iudiciū, ita enim exponūt omnes doctores. sic dicit glosa. ſ. postq̄ dn̄s premuniuit fideles contra seductionē antix̄pi ꝛ ministrorū eius ostendēs se esse manifeste venturū. nūc ordinem ꝛ modū sui aduentus demonstrat. ꝛ ita apparet ex tota littera applicādo. nam siquis voluerit singulas partes littere exponere de tēpore ante euersionē ir̄lm non pacietur illud littera: sicut remigi⁹ dicit. ¶ Dicendum autē q̄ de aduentu ad iudicium accipitur statim. ſ. aliquanto tēpore post antix̄pi tribulationē. non tamē ob hoc concedim⁹ precedentē litterā exponi de antix̄po sed de falsis x̄pis ante euersionē ir̄lm. ꝛ tamē refertur ad id quod subintelligit. ꝛ illud est de antix̄po. nam cū dixisset de falsis x̄pis decipiētib⁹ ante euersionem ir̄lm ꝛ multum simile est de antix̄po. voluit x̄pus subintelligere de illo q̄ si dixisset. ꝛ transit ad dicendū sequentia post mortē antix̄pi q̄ sunt signa aduentus x̄pi. sicut facimus in relatiōibus meditatis. q̄ non refertur ad id quod expressum est sed qđ cogitatum est quasi expressum est. Alij dicunt q̄ refertur hoc ad ea q̄ supra dicta sunt de euersione ir̄lm. ſ. q̄ statim post illā apparitura essent signa iudicij. sed statim non dicit hic temp⁹ primus ſz satis distans. p̄cedēs tn̄ expositio verisimilior est. licet ꝛ hec
Q°.82. non est omnino falsa ſz sustentabilis. ¶ Querit q̄re x̄ps dicit de signis aduētus sui ad iudiciū hic: ¶ Dicendū q̄ conuenienter factū est. primo q̄ quesitū fuerat de hoc cū dixerūt discipuli qđ est signū aduent⁹ tui ꝛ cōsūmationis seculi. ideo aliqn̄ eis rn̄dendū erat. Scđo q̄ cū res ista magna esset. dignū erat de ea fieri sermonē per x̄pm. nā oīa que ad fidē pertinēt x̄pus expressit. Est autē precipuū de ad fidē pertinentib⁹ iudiciū in quo retribuet vnicuiq; iuxta opa sua. Et iō nō solū iudiciuz sed etiā ea q̄ circa iudiciū notāda erant. x̄ps dicere debebat. sic autem erat de signis aduent⁹ eius. ideo debuit de his dicere. Tertio q̄ pertinet hoc ad litterā p̄cedentē. nā dictū fuerat supra q̄ aduent⁹ x̄pi non esset secret⁹. sicut aduent⁹ falsorū x̄pi anorū de quib⁹ dicebat. ecce x̄ps in penetralib⁹ est aut ecce in deserto est. ſz esset cūctis manifest⁹ sicut apparitio fulgoris. ꝛ iō cū hec dixit subdidit de illo aduentu ostendendo quomō esset manifest⁹ Est autē manifestatio ista in duob⁹. primo in signis q̄ precedūt. scđo in circunstantijs ipsi⁹ aduēt⁹. primū autē ostēdit hic x̄pus inquantū dicit nō se venturū q̄si non p̄misso nuncio aut inopinate. sed multa signa ꝛ notāda precedent q̄ faciēt notū esse aduentū āteqū sit: ꝛ iā expectari anteqū videat: ꝛ ista ponunt hic. Scđm vero postea ponit cū dicit x̄pm venturuz in maiestate in nubib⁹ celi: ꝛ q̄ angeli congregabūt tūc electos
Q°.83. ex omnibus partibus terre. ¶ Queritur quid est hoc q̄ dicitur sol obscurabitur ꝛ luna nō dabit lumen suum: ¶ Dicendū q̄ istud erit signuz quoddā ante iudiciū in sole ꝛ luna: ita q̄ lumen eor̄ minuetur vel quasi deficiet: non quidē per modum eclipsis: sed per modum miraculi deo subtrahere volente lumē eor̄. ꝛ tūc erit proprie signū q̄ non eueniet modo naturali sicut in eclipsib⁹: q̄ tūc rari admirarēt. sed modo miraculi. ex quo oēs homines nō solū admirabunt. sed etiā stupebūt ꝛ arescent pre timore ꝛ expectatiōe q̄ supueniet vniuerso orbi. Luce. 21. c. ꝛ ista obtenebratio durabit forte maiori tempore q̄ soleant durare eclipses vt manifeste appareat nō factū esse naturaliter: ſz ex dei solius opatione. ꝛ de hoc signo predixit Joel. 3. c. sol conuertet in tenebras ꝛ luna in sanguinē anteqū veniat dies dn̄i magn⁹. i. dies iudicij. Et tūc nō procedit inconueniēs qđ supra allegabat de augmentatiōe luminis solis ꝛ lune. q̄ istud signū erit ante diem iudicij ꝛ tūc sol ꝛ luna ad temp⁹ pacient hanc obscurationē. sed rursus consuetū lumen redibit sicut fit finitis eclipsib⁹. ꝛ in illo manebūt vsq; in diē iudicij ꝛ in eo augebit lumen ita vt sit lux lune sicut lux solis: ꝛ lux solis septēpliciter. De hoc dicit raban⁹ ꝛ beda. ſ. nichil tamē prohibet intelligi tūc veraciter solem ꝛ lunā cū ceteris sideribus suo lumine priuari sicut de sole factū cōstat tempore dn̄ice passiōis. vnde ꝛ Joel dicit sol cōuertet in tenebras ꝛ luna in sanguinē anteqū veniat dies dn̄i magn⁹ atq; manifestus. ꝛ iterū pacto die iudicij ꝛ clarescente future gloria vite cū fuerit celum nouū ꝛ terra noua. tūc fiet q̄ ysayas dicit: erit lux lune sic̄ lux solis ꝛc̄. ¶ Querit quomodo fiet ista obscu- Q°.84
ratio solis ꝛ lune: ¶ Dicēdū q̄ p̄t intelligi triplicit. vno modo p subtractionē generatiōis radiorū. ita q̄ nō mittāt radios suos ad nos eo tēpore corpora celestia. Alio modo p interpositionē alicui⁹ corporis impediētis in nos receptionē radiorū. Alio modo p hoc q̄ illo tēpore desinant esse luminosa. ita vt neq; tūc radios gignere possint si pmittant. Alij ponūt q̄rtū modū. ſ. p modū eclipsis. Sed dicendū q̄ nō erit iste quart⁹ mod⁹. ſ. per eclipsim. de tertio modo etiam dicēdū q̄ nō erit ſ. q̄ desinat sol esse corpus luminosum: q̄ tunc desineret sol esse id qđ est ſm speciē. Manent ergo duo alij modi. ſ. per interpositionē aliquorū corporū. aut per subtractionē generationis radiorū. ꝛ quelibet potest stare: sed stat faciliꝰ q̄ fuerit p interpositionē alicui⁹ corporis. nam licet non sit eclipsis potest fieri q̄ nulla mutatione existente ex parte corporū celestiū: fiat ista obscuratio vt interpositis nubib⁹. vel alijs corporib⁹ densis que deus voluerit interponere. ꝛ tūc cessante illa interpositione erit illumiatio omniū terrarū sicut prius: ita vt sol ꝛ luna non videant obtenebrata. Et ita videt factū esse in eclipsi solis vel obscuratione eius in passione x̄pi. nam ab hora sexta vsq; ad nonā facte sunt tenebre per vniuersam terrā: ꝛ tn̄ non fuit tunc eclipsis q̄ erat dies quintadecima mensis primi iudeorū. i. luna quintadecima in qua erat p̄mus dies azimorū: ꝛ tunc fuit obscuratio illa. sed non poterat esse eclipsis solis: quia eclipsis solū accidit in coniunctione. ita ꝛ tunc nō erit cōiunctio luminariū ꝛ obtenebrabit vtrunq;: imo tā lumina- ria q̄ astra. ¶ Queritur ad qd fiet tūc ista obscuratio solis ꝛ Q°.85.
lune: ¶ Dicēdū q̄ cōuenienter ista premittent vt signa duarū rerū. ſ. aduent⁹ x̄pi ꝛ consumationis seculi. hec enim duo simul erunt. nam cum christus ad iudicandum venerit finiet seculū. non q̄ mundus esse desinat. quia non desinet cum partes precipue. i. celum ꝛ elementa manebunt. sed alteratio rerum: ꝛ generatio: ꝛ corruptio: ꝛ ea quorum esse consistit per gigni et corrumpi cessabūt. nam omnia animata preter hominem esse cessabunt ꝛ ad quodlibet istorū conueniens est precedere talia signa. De primo scilicet aduentu christi patet quia nichil erit maius ꝛ excellentius q̄ venire christum ad iudicandum. ideo necesse erit precedere maxima signa. Et patet quia aduentus christi in carne fuit minor quia fuit in humilitate ꝛ obscuritate rarīs illum scientibus. ꝛ tamen ad illum indicandum precesserunt magna signa. sic enim dicitur Aggei. 2. c. ſ. adhuc modicum ꝛ ego mouebo celum ꝛ terram dicit dominus. Et sequitur. ꝛ tunc veniet desideratus cunctis gentibus. Etiam precessit apparitio angelorum: quia angelus vnus annuncia uit gaudium magnum pastoribus dicens: quia natus est hodie saluator mundi. Et cum illo facta est multitudo angelorū dicentium: gloria in excelsis deo. Luce. 2. c. Etiam precessit signum stelle que conduxit magos in bethleem ad adorandū christum. supra. 2. c. Sed iste aduentus ad iudicandum erit maior: quia futurus est manifestus. sicut dicitur supra in littera. ſ. q̄ sicut exit fulgur in oriente ꝛ apparet vsq; in occidentem: sic erit aduentus filij hominis. Etiam erit in maiestate ꝛ honore magno cum dicatur infra in littera. scilicet videbunt filium hominis venientem in nubibus celi cum virtute multa ꝛ maiestate. ideo ad istum aduentum debent precedere maiora signa q̄ ad illum. Sic autem est de obscuratione solis ꝛ lune que sunt maxima signa. iō ista precedent cōuenient ad iudiciū. de alia causa. ſ. propter finez mūdi dicit. ¶ Sed dicetur; dato q̄ in sole ꝛ luna apparitura essent signa. quare po- Q°.86.

tius in obscuratione eoꝝ fuit hoc q̄ in aliquo alio accidente circa ea. nam poterat augeri lumen in eis. sicut dicitur q̄ aliquādo fiet. vel poterat hoc apparere in motu. s. q̄ sol ⁊ luna starent vel retrocederent sicut aliquando factum est? ¶ Dicēdum q̄ non fuit alius modus conueniēs ad hoc nisi q̄ obscurentur. Et primo dicendū est q̄ nō expedit q̄ fiat maior lux. primo quia aliud est quod pertinet ad viaz: aliud ad terminū Sed maioratio lucis aut luminis in sole ⁊ luna ptinet ad consūmationē seculi. ergo non pertinent ad signa que precedunt vt viam ad aliam consūmationē. Secundo quia augmentuz luminis in sole ⁊ luna est glorificatio ipsoruz celestium corporum: que correspondet eis sicut respondet glorificatio corporibus beatorum. Et tamen glorificatio corporum nostroruz nō fiet vsq3 ad resurrectionē que est in consūmatione seculi. i. chor. 15. c. ergo neq3 glorificatio solis ⁊ lune que est īaugmēto luminis erit ante finem seculi. tunc enim ipsa corpora mutabuntur sicut ⁊ cetera tam celestia q̄ elementalia. ergo non precedet augmentum luminis vel vt signuz. Secundo quia si deus augeret lumen solis ⁊ lune: nō esset conueniens signū nam maneret illa lux aucta sicut erit in die iudicij. naz lux que semel ceperit esse in corporibus celestibus manebit in eternuz in eis. si autem maneret non videretur esse data ad significandum: sed ad essendum vel ad meliorandum ipsa corpora. Nam signa statim vt significauerint desinunt esse vt videātur introducta solum ad significandum ⁊ non ad essendum. Sed diceret aliquis q̄ poterat deus dare maiorem lucem soli ⁊ lune ad tempus ⁊ quod postea esse desinerent ⁊ redirent ad priorem statum. Dicendum q̄ poterat fieri sed non conuenienē dicitur q̄ fieret. quia si augeretur lumen solis aut lune. esset ista aliqua qualitas que vere esset in sole aut luna: ⁊ postea cū desineret esse tolleretur aliqua perfectio absoluta soli ⁊ lune. Et hoc non est conuenienter dictum quia perfectiones quas semel deus dat nunq̄ aufert rebus. sed aut per se pereunt vel ab alio corrumpente aut semper manent. ideo non est iste conueniens modus. Tertio quia signum debet dari inquantum magis significare potest. ⁊ tamen magis sentitur obscuratio solis q̄ augmentum luminis eius. tanta enim est lux solis vt solem rectis oculis intueri non possumus Et si adderetur lumen siue intenderetur. non posset ita faciliter quis discernere augmentum esse. Sed in obscuratione secus est: quia non solum quando multū obscuratur ⁊ plene sicut in maximis eclipsibus sentitur aperte. Sed etiam quantumcunq3 sit parua eclipsis percipitur defectus luminis. ideo magis in obscuratione q̄ in augmento dari debuit. Est ergo dicendum q̄ fuit conueniens signum obscuratio solis ⁊ lune quantū ad aduentum xp̄i ad iudicandum. Nam aduentus ille erit terribilis. s. quia xp̄us veniet terribiliter cum venturus sit cum virtute magna ⁊ maiestate vt dicitur infra in littera. Etiam quia veniet ad faciendum terribilia. s. ad iudicandum seculū p ignem ideo signum terribile esse debet. ⁊ tale quid est obscuratio solis ⁊ lune. Et hoc apparet ex littera. nam omnia ponūtur terribilia. s. q̄ virtutes celi mouebuntur ⁊ apparebit signum filij hominis ⁊ plangent super eum omnes gentes. ¶ Q. 87. Queritur quomodo conueniat istud signum quantū ad secundum. s. ad ostendendum finem seculi? ¶ Dicendum q̄ bene conuenit. primo inquantum terribile est. Nam nichil terribilius est q̄ desinere esse: ⁊ ob hoc mors vocatur vltimū terribiliū. 3. ethicoruz. s. q̄ per eā esse desinimus ⁊ tamen consūmatio seculi est desinere esse seculi quantuz ad quasdam partes suas. scz quantum ad omnia animata. ideo erit aliquid terribile. ⁊ consequenter est conueniens signū obscuratio solis ⁊ lune qui terrorem ingerit. secundo quia directe correspondet obscuratio solis ad desinere esse. nam sol quodāmodo esse desinit cuz obscuratur. ⁊ ita vulgus dicit solem mori cū eclipsatur. Tertio conuenit ad condolendū. nam sicut cuz homo moritur condolemus ei ita ⁊ mundo pereunti condoleudū est. sed in cessatione seculi perit mundus quantū ad totum statum qui nunc est ⁊ quantū ad omnia animata. ideo a fortiori mundo condolendum est. Et ad dolorem istum ostendendū precedit quasi quidam planctus precipuoruz corporū vniuersi. ⁊ hoc in obscuratione solis ⁊ lune. sic enim moriente xp̄o omnia elementa compaciebantur. terremotus quidem factus est ⁊ petre scisse sunt infra. 27. ca. ⁊ tunc in celestibus quoq3 passio fuit quia sol nō dedit lumen suū: sed tenebre fuerunt ab hora sexta vsq3 ad nonam eo. ca. ideo conueniēs fuit solem obscurari. Considerandum autem q̄ ista obscuratio non fiet in eodem tempore precise. i. simul. sed sol obscurabitur per diem: luna vero per noctem ⁊ hoc siue in sequenti nocte siue aliquanto tempore fiat vnum post alterum. ¶ Sed queretur quanta erit ista obscuratio lune ⁊ quanto tempore durabit. Q. 88. ¶ Ad primū dicendū q̄ istud non patet ex sacra scriptura nec ratio hoc conuincere potest: cum istud nō proueniat ex principijs naturalibus sed ex sola dei voluntate ⁊ voluntatis diuine ratio dari non potest. Dicendū tamen q̄ sol ⁊ luna non obscurabuntur pro parte. sed quodlibet horum corporum totum obscurabitur. Et causa est ne putetur saltez a rusticanis ⁊ indoctis fieri eclipsim que naturaliter accidit. nam etiam si partim obscurentur ista corpora sicut in eclipsibus minoribus: periti scirent non esse eclipsim ex tempore ⁊ loco. s. non potest eclipsis fieri nisi in cōiunctione ⁊ oppositione solis ⁊ lune. in coniunctione quidem eclipsis solis: in oppositione vero eclipsis lune. etiā nō in qualibet oppositione ⁊ coniunctione accidit eclipsis. sed solum existente sole in cauda draconis vel prope ⁊ luna in capite aut ex opposito. ⁊ ita patuit obscurationem factā in passione christi non fuisse eclipsim. s. quia erat tūc quintadecima dies lune. i. oppositionis tempus vbi accidit eclipsis lune. sed eclipsim solis accidere tunc est impossibile. ⁊ tamen ne imperiti qui sunt maxima pars hominū putent esse eclipsim nō fiet obscuratio in parte sed totus sol obscurabitur ⁊ tota luna. Item hoc innuitur Joelis. 3. capi. s. sol conuertetur in tenebras ⁊ luna in sanguinem ante q̄ veniat dies domini magnus. sed solem cōuerti in tenebras est nullam lucem mittere. qz alis non sunt tenebre licet aliquid de sole obscuretur. Amplius dicendum q̄ ista obscuratio solis ⁊ lune accidet in temporibus illis in quibus nulla eclipsis esse potest. ⁊ hoc valde conuenit vt non putetur naturaliter accidere. Nam etiam si obscuraretur totus sol ⁊ tota luna putari posset q̄ accidebat naturaliter si illo tēpore accideret in quo eclipses accidere solent. hec autem duo s. magnitudo obscurationis ⁊ accidere extra tempora eclipsiū ostendent manifeste predictam obscurationem solis ⁊ lune nō accidere naturaliter. Hec duo etiā in obscuratiōe solis in passione xp̄i fuerunt. nam fuit magna obscuratio ita vt dicatur tenebre. s. tenebre facte sunt. infra. 27. capitu. Etiaz fuit extra tempora eclipsium solariuz. s. in oppositione: cum esset quintadecima dies mensis que erat prima dies azimoruū. ¶ Q. 89. Queritur quantum ad secundum. s. de duratione istius obscurationis? ¶ Dicendum q̄ etiam non cōstat scriptura sancta aut ratione conuincente: cum fiat ab agente voluntario vt dictū est precedenti questione. Aliqui autē dicunt q̄ non potest dici de duratione aliquid determinatum ad magnuz neq3 ad paucum. eo q̄ quantumcūq3 paruo tempore duret sufficit. quia non ponitur nisi vt signū supernaturale alicuius magne rei. s. aduentus ad iudiciū vel consūmationis seculi. Et ad hoc sufficit q̄ sit magna illa obscuratio. i. q̄ totus sol ⁊ tota luna obscurentur ⁊ q̄ fiat hoc extra tēpora eclipsium vt dictum est p̄cedenti questione. Et ideo etiam si duret quelibet illarum obscurationuz per mediam horam: sufficit vel per minorez morā. Sed dicendū q̄ non stat īmo oportet dici q̄ ālibz illaz obscurationū durabit plnsq̄ p tres vl̄ quatuor horas qz alis nō seq̄ret id qō xp̄s per istud signū vult īnuere. nā ad hoc obscurantur sol ⁊ luna vt hominibus sit signū aduentus xp̄i ad iudiciū ⁊ consūmationis seculi. Et hoc non specialiter aliquib⁹

hominibus vtpote existentibus rome vel hyspania sed omnibus hominibus eo q̄ ad omnes pertinet. ideo taliter fiet signum q̄ ad omnes perueniat eius cognitio. Et patet antecedens. primo quia istud est signū aduentus xp̄i ad iudiciū. sed in illo iudicio omnes homines iudicabunt: ergo signuz istud debet peruenire ad omnes homines. Secūdo quia dicit dato isto signo q̄ plangent omnes tribus terre. ⁊ tamē non plāgerent omnes nisi peruenirent ad omnes homīes noticia huius signi. ergo omnes illud videbunt. Tertio quia istud signum indicat consūmationez seculi sed ista consūmatio est generalis ad omnes partes terre. ergo vbiq̄z videbit aut videri poterit istud signum. Sed dato q̄ debeat vbiq̄z videri necesse est q̄ duret aliquanto tempore. i. tribus vel quatuor horis. nam propter terre rotūditatem cum est dies in vna parte terre nō est dies in alia. ⁊ ideo cum est dies apud indos ⁊ partos poterat accidere ista obscuratio ⁊ non videretur apud hyspanos ⁊ gallos. vt igitur in omnib⁹ terris videatur necesse est manere solem obscuratum tribus aut quatuor horis: ⁊ tunc per motum poterit videri in omni regione. Sed diceret aliquis q̄ etiam si per dimidiam horā duret ista obscuratio poterit videri in tota terra: eo q̄ terra nō habitatur tota in circuitu nec̄ in longitudine. de lōgitudine patet quia inuenimus indos eē extremas gētes versus orientem: ⁊ hyspanos versus occidentem. Et adhuc ista non est medietas terre secundum longitudinem. quia non est emisperiū: de latitudine magis notū est: quia versus polum articum inuenimus finem habitationis humane: ⁊ versus austrum eodem modo. licet dubitatio irrita sit: an vltra equinoctialez sit aliqua hominū habitatio. Et ideo hoc dato in eodem puncto celi sol stans: poterit videri ab omnibus hominibus qui sunt in toto orbe. Dicendum q̄ ad videndum solem in eodem puncto celi omnes homines duo obstant. scz rotunditas terre in longitudinem ⁊ rotunditas in latitudinē. ⁊ quolibet horum facit diuersitatem orizontis: ⁊ occultatur quibusdam aliquid quod alijs nō occultat. verumtamē non obstante rotunditate ⁊ distantia. secundū lōgitudinem de qua magis videt. poterit sol in eodem puncto celi videri ab omnibus hominib⁹ qui sunt inter orientis extremū: ⁊ extremū occidentis nisi obstet accidentaliter prominentia rupium aut vallium profunditas. Et patet quia in quocunqz puncto celi super orizontem sit sol: potest eum videre q̄ est in illo emisperio vel orizōte. Et tamen orizon cum sit de circulis magnis diuidit totam speram vel celum in duo media. ⁊ ideo emisperij circulus vocatur. ⁊ ob hoc quilibet orizon continet motum solis duodecim horarum existente equinoctio. cuius est consequens diuidi celum per orizontē in duo media: quia totus motus solis de puncto ad punctū est viginti quatuor horarum. Et ideo cum de terra secundū longitudinem nō habitetur medietas: necesse est omnes capi homines vbicunqz habitent sub vno orizonte aut capi posse. licet non sit idem numero orizon omniū hominū: imo nulli duo homines habent eundem penitus orizontē: quia mutato vno puncto aut diuisibili quolibet versus quācunqz partem. iam non manet idem orizon. sed est sensus q̄ illum orizontem quantū ad totum vel aliquam partem habebunt omnes homines. Et sit casus: procedatur ab extremo occidentis versus orientem: ⁊ stetur in puncto medio secundum equidistantiam ⁊ capiatur orizon illius puncti. Et accipiatur alius orizon super extremum punctum orientis ⁊ alius supra extremū punctum occidentis. necesse est q̄ orizon primus qui est in medio intersecet alios duos ortogonaliter. i. ad angulos rectos sperales. vt patet considerantibus figuraz in coluris circulis spere materialis. hoc dato est necesse q̄ cū sol peruenit ad meridiem in orizonte orientis: sit ortus sol in orizonte medie terre: q̄ meridiani istorum non distant nisi per sex horas. Et cuz peruenerit ad occidentis punctū in orizonte orientis: necesse ē vt sit meridies in orizonte medie terre. Et sit ortus sol in orizonte occidentis. eo q̄ meridiani istorum orizontū: distant per duodecim horas precise. quo posito detur sol in puncto occidentis orizontis orientis: videbitur tunc ab hominibus qui sunt in tota terra. q̄ tunc erit finis diei in oriente: ⁊ meridies in medio terre: ⁊ ortus solis in extremo occidentis. Et ita sufficiet solem per quartam partem hore obscuratum manere. quia poterit tūc videri ab omnib⁹ hominibus. maxime quia casus iste procedit de vero oriente ⁊ occidente: qui distant per duodecim horas siue per mediū celum. Et tamen non inueniūtur tantum habitatuz de terra. ideo a fortiori si mul in vnico puncto celi poterit sol videri ab omnibus hominib⁹. Dicendum q̄ verum est ponendo totam terram penitus rotundā: ita q̄ pminētie mōtiū ⁊ pfunditates vallīū nichil obstarēt ⁊ tñ obstant: ideo dicendū q̄ necesse erit q̄ illa obscuratio plusq̄ duabus aut tribus horis duret. primo vt vbiq̄z possit plane videri non obstāte inequalitate terre. sed super quemlibz orizontē sit sol aliqualiter eleuatus: cum videbitur obscuratus. Secūdo ⁊ precipue quia vltra hoc q̄ est ab omnibus videri: oportet q̄ diu duret. nam si parum duraret. parue rei signū esse videretur: ⁊ quia nichil maius erit q̄ hoc quod signatur i. aduentus xp̄i ad iudicium ⁊ consūmatio seculi: debet multū durare. Sed dicendū q̄ non est credendū q̄ duret per duos aut tres dies. istam hoc induceret periculuz omnibus viuentibus ⁊ alterarentur dispositione pessima ⁊ non vitali omnia que viuūt ⁊ ex quibus viuimus. sed erit tanti temporis duratio vt credatur verisimiliter esse signū maxime rei: ⁊ tamē vt non destruat viuentia. hoc enim tempus satis est triū aut q̄tuor horarū. quia tunc per omnes terras poterit manifeste videri. Adhuc istud cōfirmatur ex obscuratione facta in passione xp̄i. nam ex eo q̄ illa fiebat in signum q̄ deus nature patiebatur pro omnibus hominibus qui vbiq̄z erāt: apparuit illa per omnes terras. sic dicitur infra. 27. ⁊ tenebre facte sunt per vniuersam terram. Etiam tēpus fuit conueniens ad hoc q̄ videretur ab omnibus ⁊ videretur multum: nam per tres horas durauit. s. ab hora sexta vsq̄z ad nonā eodem capitulo. Sed ista obscuratio erit nunc etiam signū maxime rei. ideo decet q̄ per tres aut quatuor horas saltem duret. ¶ Queritur ad quid fiet ista obscuratio in sole ⁊ stellis ⁊ luna. quz videtur q̄ ad signandum aduentum christi satis poterant esse alia magna signa: que fierent in aere vel terra aut mari? ¶ Dicendū q̄ fient ista magna signa non solū in celo. i. sole ⁊ luna. sed etiā in oībus alijs rebus: in celo. terra. mari. ⁊ ī hominibus. sic dicitur. Luce. 21. capi. erūt signa in sole stellis ⁊ luna: ⁊ in terris pressura gentium pre confusione sonitus maris arescentibus hominibus. Et ratio prima quare etiaz in sole fiant signa est: quia ista res que signatur est maxima. ideo debent maxima signa precedere. si tamen in terra aut aere ostenderentur solum ⁊ non in celo: non essent magna. ideo etiam debuerunt in celo ostendi. Secunda quia hic signatur consūmatio seculi quātū ad modum ⁊ statum quem nunc habet vniuersum. ideo cū in singulis rebus ⁊ partib⁹ vniuersi aliqua mutatio futura sit: conueniens est q̄ in omnibus partibus vniuersi precedat ad hoc significatio. ⁊ ideo conuenienter hoc expressum est. Luce 21. capi. scz erunt singna in sole ⁊ luna ⁊ stellis. ⁊ ista sunt signa que hic ponit matheus. addidit autem signa in terra cum ait ⁊ in terra pressura gentium ⁊ ista pressura non solum erit malum. sed etiam mali signum. additur signum in mari cum dicitur pre confusione sonitus maris ⁊ fluctuū. ⁊ vt etiam ista signa in hominibus esse videantur adiunxit: arescentibus hominibus pre timore ⁊ expectatione que superueniet vniuerso orbi. vnde timor generalis hominū ita vt arescant: non solum erit magnum malum quod tollerabunt: sed etiam signuz maiorum rerum que superueniēt. ⁊ quia timor est generalis omnibus hominibus qualis esse non cōsueuit. signum est q̄ omnibus hominib⁹ supueniet aliquid. ⁊ illud magnū erit: qō precedēs magn⁹ timor ostendit ita vt arescant. ⁊ idco ad hoc ma

Q°. 90.

gnū maluz designādum ꝛ vniuersale: non sufficiebāt signa facta in elementis nisi etiam in celo fierent signa. Tertia ꝛ precipua causa est quia cū esset istud ꝙ designabatur cōmune .i. ꝯsūmatio seculi. ꝛ deberet notificari toti orbi. ꝛ non poterat omnibus inotescere nisi dato aliquo signo in celo: debuerūt in celo dari signa. hoc patet qz ea que accidunt in terra ꝛ mari non sunt generalia: vt pestes bella ꝛ alie turbatiōes aut mōstra. ꝛ ideo nō videntur signare malū aliquod cōmune toti orbi: sed solū illi genti in qua talia signa apparent. ad hoc igitur ꝙ aliquid videaꝯ ab omnib⁹ gentibus ꝛ putetur esse cōmune: necesse est in celo accidere. quia illud idem videbiꝯ ab omnibus: sicut omnes vident solem eundem ꝛ lunā eandem quotidie. ꝛ ista fuit vera causa quare oporteret in celo poni signa

Q°.91. ¶Querit quomodo est verū ꝙ stelle cadent de celo: ¶Dicendū ꝙ cadent stelle. s. stelle comete. vocamus enim cometas stellas cōmotas. ꝛ vulgus eas absolute stellas vocat. christus autē sequitur modū loquendi vulgariū in plurimis. ideo stellas vocauit eas que nō sunt stelle sed comete. Et de illis verū est ꝙ cadent de celo. i. de aere quē vulgus ꝛ scriptura sacra celum vocat. Alij autē dicunt ꝙ stelle cadent. i. obscurabuntur densitate nubiū vel corporū interpositoruz quasi cecidissent. sic dicit rabanus. In marco scriptū est stelle erunt decidentes. i. suo lumine carentes. Sed dicendū ꝙ precedēs modus melior est. ꝛ intelligunt aliqui ꝙ stelle operientur nubibus ita vt nulla videatur ꝛ cadent exalationes ignite in modū stellarū de celo ꝛ cum homines non viderint stellas in celo putabunt omnes decidisse: sed neqz istud est necessarium sufficit enim ꝙ cadant alique comete de aeris parte superiori versus terrā. qz vulgares putabunt eas esse stellaz. licet videant alias stellas non cadentes. Et hoc verisimili⁹ est. s. ꝙ circa diem iudicij cadent multe de his exalationib⁹ ignitis. quales ꝛ in quanto numero nunꝯ ante hoc ceciderāt. vt non putet naturaliter hoc euenire sed ex voluntate dei ad aliquod magnū significanduz

Q°.92. ¶Queritur ad quid cadent iste stelle de celo: nam alia signa que precesserunt sufficiūt ad ostendendū ꝙ xp̄us vult inuiri: ¶Dicendū ꝙ primo fiet ad conuenientiā rei signate. nam per hoc signatur cōsūmatio seculi: sed in ipsa cessabūt omnes partes orbis a conditione status sui. ideo oportet in omnib⁹ partibus orbis fieri signa: sed est aer quedam pars vniuersi: ideo in illo fiēt signa. ꝛ ista sunt comete multi qui cadent ante diem iudicij. Secundo fiet propter magnitudinē rei signate. nam magne rei non cōperit paruū signū. erit autē ista maxima res que signatur. s. aduentus xp̄i ad iudicandū omnes homines ꝛ consūmatio seculi. ideo signa debēt esse maxima. sed stellas cadere facit ad quandam magnitudinē. ideo fuit conueniēs illas cadere. Tertio qz deus volet. ꝙ illa signa non solum sint magna. i. ostendant rem magnā futurā. sed etiā in se sint terribilia ꝛ inducant hominib⁹ timorem. sed nichil videꝯ inducere maiorem terrorem ꝙ cadentes stelle in multitudine ꝛ magnitudine admiranda: ꝛ ꝙ cadant de celo. ergo erit conueniēs ꝙ

Q°.93. cadant. ¶Queritur quid erit quod dicitur ꝙ virtutes celorum mouebūtur ꝛ que sunt iste virtutes: ¶Dicendū ꝙ virtutes vocaꝯ angelici spirit⁹. ꝛ vocaꝯ virtutes celorū. i. substantie spirituales que non habent molem sed virtutē. sicut dicimus angelos esse intelligentias vel substantias separatas. quoniā non sunt spirit⁹ uniti materie sicut anime sed absoluti ꝛ hoc aperti⁹ dicitur ꝛ Dar. 13. ca. s. ꝛ virtutes que sunt in celo mouebūtur. nam per hoc ostendit illas virtutes nō esse aliquas conditiones corporū celestiuz. sed esse per se entia ꝛ substantias separatas cū dixit eas esse virtutes in celo. Accipi possunt dupliciter virtutes iste. vnomodo ꝙ omnes angeli vocētur virtutes inquantū virtus signat substantiā spiritualem q̄ ꝯdistinguitur ꝯtra materialem vel habentē quantitatē molis ꝛ quia omnes spirit⁹ angelici sūt substātie imateriales. possūt vocari omēs virtutes. Alio modo potest accipi specialiter. nam virtutes vocamus vnū de nouem ordinibus angeloruz ꝛ quilibet āgelus illius ordinis vocatur virtus. ꝛ ad istos angelos pertinent specialia officia ꝛ potest accipi vtroqz modo vt dicetur sequenti q̄stione. dicuntur autē virtutes celestes ad differētiā aliarū virtutū que non sunt in celo: nam omnis substantia spiritualis virtus vocari potest: qz est potestas non alligata materie. sunt autē infra celū alique virtutes. s. demones qui sunt substantie imateriales. ꝛ de istis non loquit nunc xp̄s ꝙ moueantur: sed de angelis. quia de demonibus non attinebat ad presens. ideo dixit virtutes celorū. ideo angeli qui in celo sunt mouebunt. ¶Sed quereꝯ quomodo ist i mouebū- Q°.94
tur: ¶Dicendū ꝙ cōmotio virtutū celestiū est aliqua operatio insolita. nam ante hoc operabantur id quod ordinarium erat ꝛ erat naturale ꝛ non miraculosū. ꝛ in ista operatiōe quasi quieti manebāt vel vt parum agentes. tunc veluti maiores ꝛ plures operationes exercitare dicunt moueri quasi nō maneant in quiete ꝛ ocio sicut prius. Sed dicēdū ꝙ cū virtutes possint accipi dupliciter vt dictū est. s. pro omnib⁹ angelis aut specialiter pro quodā ordine angelorū qui est quint⁹. s. medi⁹ in secunda ierarchia: potest vtroqz modo accipi. Accipiendo primo modo est sensus ꝙ omnes angeli ad quos pertinet mouere celos ꝛ facere cetera q̄ circa celos fiūt habebūt tūc speciales operationes maiores ꝙ nunꝯ habuerūt. ita vt in cōparatione precedentiū dicaꝯ iste esse operationes ꝛ ad has moueri angelos. ꝛ priorem fuisse quietem quandā ꝛ ociū. ꝛ sic poterit tunc sol obscurari: ꝛ luna nō dare lumen suū: ꝛ stelle de celo cadere. Accipiendo autē secūdo modo est sensus ꝙ virtutes que sunt spiritus ō secūda ierarchia pertinet specialiter cooperari ad miracula que fiunt supra res sensibiles: vt dicit dionisius in libro de angelica ierarchia. non quidem ꝙ isti spiritus miracula faciant: quia solus de⁹ illud potest. quia exigit infinitā potestatē: sed dicuntur operari miracula. i. res admirandas super materiā istaz elementalē. Et isti spirit⁹ qui sunt virtutes circa finem seculi mouebunt sepe ex diuina voluntate ad faciendū res admirandas circa materiam elementalem vt incutiāt terrorem hominib⁹ ꝛ expressa signa de cōsūmatione seculi: ꝛ hoc est moueri virtutes. ¶Queritur quomodo Q°.95
aut cur posuit hic xp̄us ꝙ virtutes celi moueret: ¶Dicendum ꝙ ista cōmotio virtutū non ponit hic pro signo cum nō sint virtutes visibiles. sed ponitur pro causa precedentiuz vt reddantur credibilia ea que dicta sunt hic. Nam cum xp̄us dicat ꝙ tunc sol obscurabiꝯ ꝛ luna non dabit lumen suum ꝛ cadent stelle de celo. diceret aliquis quomodo tunc talia in celo fient. cum nunc nulla horū fiant: respondet xp̄us ꝙ hoc fiet qz virtutes celorū mouebuntur tunc. s. modo agunt operationes suas solitas. sed tunc mouebunt ad faciendū operationes maiores ꝛ inconsuetas. ꝛ ita poterit obscurari sol ꝛ luna ꝛ cadere stelle de celo ꝛ quecunqz alia miranda que xp̄us predixit Et iste est verus sensus. hoc patet luce. 21. c. nam dicitur erunt signa in sole ꝛ luna ꝛ stellis: ꝛ in terris pressura gentiū pre confusione sonitus maris ꝛ fluctuuz arescentib⁹ hominib⁹ pre timore ꝛ expectatione que superueniet vniuerso orbi. ꝛ sequit. nam virtutes celorum mouebunt. ꝛ ita ponit vt redditiuz cause. s. ꝙ omnia hec fieri poterūt quia virtutes celorū mouebuntur. ¶Queritur de signo filij hominis quod videnduz Q°.96
dicitur quid erit illud: ¶Dicendū ꝙ signū accipitur pro vexillo. ꝛ verum est ꝙ erit crux istud vexillū: quia nullū aliud vexilluz xp̄s habet in quo triūphauerit ꝛ glorietur. Et ita ecclesia cantat de cruce. s. hoc signū crucis erit in celo cum dom⁹ ad iudicādū venerit Et colligit ex hoc loco. s. apparebit signū filij hominis. Alij autē putāt esse aliquod signū victorie. sed quod sit istud signū non dicūt. ꝛ ideo magis dicendū est ꝙ sit signū. i. cruciz signaculū. sic dicit origenes. s. signū hic aut crucis intelligam⁹: vt videant iuxta zachariā ꝛ iohannē in quem compunxerunt. aut signū victorie: alij dicunt signum filij hominis. idest signum ostendens eum venturum. Sed dicendū ꝙ non stat quia oīa precedentia sunt signa xp̄i venturi ad iudi

cium. ⁊ ideo non vocaretur istud signū xpi venturi quasi alia non essent signa. ideo dicendū q̄ vocatur signum filij hominis. non quidem signū xpi venturi: sed venientis. ⁊ tale signuz idem est quod vexilluz: quia precedunt vexilla regem venientem. ⁊ istud vexillū est crux. Cetera vero erant signa. quia signabant eum venturū sed non venientem. ideo non vocantur
Q.° 97. signa filij hominis. ¶ Queritur quare aduenīte xpo apparebit crux: ¶ Dicendū primo q̄ erit propter cōmunem cerimoniā regum. veniet enim xpus sicut rex. cum dicatur infra in littera q̄ veniet cum virtute multa ⁊ maiestate. ⁊ tamē vexilla precedunt reges. ideo ante xpm venientē apparebit vexillum suuz quod est crux. sic dicitur in hymno vexilla regis p̄deunt fulget crucis misteriū. Secundo fiet hoc ad cōfusionē iudeorū qui in illo iudicio vniuersali iudicabuntur. ipsi enim xpm crucifixerunt quasi eum morti turpissime adiudicantes ipse vero ostendet q̄ id quod illi contumeliā putauerunt versum est in gloriam. ⁊ ita confundentur in desideriis suis ⁊ cogitationibus. Sic dicit Crisostom⁹ in omelia. sez apparebit autē signū crucis vt iudeorū inuerecundiā cōfutet. aduenit enim xpus in iudicio non solum vulnera sed ⁊ mortem exprobatissimā ostendens. Tertio fiet ad ostēdendū frustratam eē intentionē iudeorū. nam illi eum cruci afixerunt vt nomen ei⁹ periret ⁊ indedecus iret. tunc vero xps in honore maximo apparebit ⁊ crux vexillū regale erit. sic dicit Crisostom⁹ in omelia. visa enim cruce considerabunt q̄ nichil profecerunt ⁊ quoniam crucifixerunt eū quem adorari oportebat. Quarto fiet ad redarguendū omnes infideles ⁊ male viuentes post susceptam fidem. s. q̄ ipse eos sufficienter redemerat in cruce ⁊ ipi
Q.° 98. noluerūt gaudere precio redemptionis sue. Imo inquantum in se fuit mortem xpi inutilez faciebant. quia si ita omnes fecissent licet xpus pro eis mortu⁹ essz nemo saluaretur. ¶ Queritur cum xpus dixit istis discipulis tunc apparebit signū filij hominis: quid illi intellexerunt per illud signuz: ¶ Dicendū q̄ discipuli intellexerunt signuz filij hominis. i. vexillū aliqō precedens eum cū veniret. nam putabant eum venturū ad regnandum. ⁊ verū est q̄ tunc ad regnandū veniet. Imo tradet regnum deo patri quia omnia erunt subiecta pedibus eius. 1. Thoz. 15. capi. ante reges autē vexilla precedūt. ideo ⁊ ante xpm venientē in maiestate sua putabant vexillū aliquod ferendū. ⁊ hoc putauerūt esse signū filij hominis. ⁊ tamē quid esset istud signū. s. an esset crux vel aliquid aliud nondum sciebant discipuli. erat tamē vere crux. quia xpus nullum aliud signum vel vexillū habuit. Et ista est causa quare vocauit xps istud esse signum suū. nam cetera erant signa aduentus eius. istud autē non erat signū. i. representatiuū de futuro sed erat signum precedens euz. Secunda ratio est quia licet vtraq̄z signa essent ⁊ xpm significarent. tamē ea que dicta sunt significabant de futuro. signū autē crucis apparebit xpo presente. licet etiā per aliquos dies precedat ante aduentū xpi non apparet:
Q.° 99. sed dicetur aliquid sequenti q̄stione. ¶ Queritur cuz dicatur tūc apparebit signū filij hominis quādo erit istud tūc: ¶ Videtur dicendū q̄ crux appareat ante aduentū xpi ⁊ appareat eo tempore quo sol ⁊ luna obscurabuntur ⁊ cadent stelle de celo. Et hoc est valde conueniens. s. q̄ indutis tenebris in toto orbe imo horrenda quadam nocte appareat crux in celo fulgidior sole. Et hoc modo erit venerabilior. s. q̄ eo tempore quo sol ⁊ luna lumen suuz perdiderūt. ipsa nitidior appareat sole ⁊ luna. ⁊ ideo melior ⁊ venerabilior putabitur q̄ sol et luna ⁊ omnia astra. quia ipsa tunc lucet cum cetera deficiunt Et hoc cōueniens est. quia. s. sicut xpō in cruce paciente sol obtenebratus est. ita cum rursus crux apparere debuerit sol obtenebretur. sic dicit origenes super matheū. s. sicut autē in dispensatiōe crucis sole deficiente tenebre facte sunt super terrā: sic ⁊ signo filij hominis apparente in celo deficient lumina solis ⁊ lune ⁊ stellarū. Sed potest dici q̄ tūc appareat crux in celo ⁊ duret p̄ aliquod dies ⁊ noctes ⁊ designat apparere. Et postea rursus aduenīte xpo ad iudicanduz appareat quasi vexillū suuz vel forte postq̄ semel ceperit crux apparere: nunq̄ desinet esse ⁊ videri quousqz xpus veniat. quia paruū tempus inter hec eueniet. ¶ Queritur qualiter crux apparebit: Q.° 100
¶ Dicendū q̄ illa apparebit in aere supra nos eleuata quasi sit in celo super nos extenta. ⁊ ita dicitur in littera apparebit signū filij hominis in celo. i. in aere quem scriptura sacra celum vocat. ⁊ dicendū q̄ ista crux erit valde fulgens ita vt sit splendidior sole ⁊ cunctis astris ad ostendendū dignitatē eius. Et ideo vt dictum est precedenti questione. ista videt esse causa quare apparebit cum obtenebratus fuerit sol ⁊ luna. scz vt lux eius magis conspici possit. nullo alio luminari existente. ⁊ etiam quia tunc lucere potuit quando omnia alia luminaria defecerunt: ⁊ confundentur tunc omnes emuli crucis ⁊ xpi videntes q̄ crux potuerit illuminare illam horrendam noctē in q̄ luminaria defecerant. Dicendū etiam quod erit in loco eminenti non quidem in aere propinquo terre. ⁊ hoc vt possit videri ab hoibus omniū terrarū: quod non fieret si esset in loco propinquo terre. q̄ propter terre rotūditatē non posset videri terris distantib⁹. hoc autē verū est supponendo id quod p̄ vero supponit. s. q̄ ante xpi aduentū appareat crux tunc cum obtenebrat⁹ fuerit sol. nam cū gentes tūc dispersē sint per totum orbem. ⁊ quodcunqz signū debeat videri ab omnib⁹ necesse est q̄ in loco alto aeris sit crux. Si autē crux non appareret vsqz ad xpi aduentū. s. eo presente quasi vexillū. non oportebat q̄ esset in loco valde excelso. quia omnes homines congregandi sunt tunc in locum vnū vbi iudicabuntur: ⁊ ibi crux ab omnibus videri poterit licet sit in aere inferiori. Etiam videndum q̄ illa crux que apparebit valde magna esse debet. quia alias non posset videri ex omni parte terre propter paruitatem suā. licet esset in loco excelso ⁊ lucida. sicut est de multis stellis quas dicim⁹ nos esse visu notabiles. nam omnes q̄ sunt visu notabiles sunt maiores tota terra. multe autez sunt minores ⁊ eas visu non distinguim⁹. sed multe in vnū collecte reddunt vel vt vnuz globū luminis. sicut est in circulo quem galaxiam dicim⁹: vel circulū lacteū. ille enim propter altitudinem situs sui: licet sint luminose non possunt distincte visu notari nisi sint maiores tota terra. crux autē debet ab omnib⁹ partibus terre videri. ideo oportet q̄ sit magna. Erit autē crux illa de materia aeris condensata ⁊ lucida nimiū: que lux dabitur ex voluntate dei. nam nō poterat aliqua materia elementalis tantū illustrari: quantū crux xpi fulgebit cuz debeat esse sole splendidior. Sed adhuc non est certū an vna crux vel plures appareant per diuersas partes celi. poterunt enim plures apparere: ⁊ tunc signuz esset q̄ vbiqz crux potestatē habet. scz si vna crux appareat: necesse est illam esse magnā ⁊ apparere in loco eminenti vt ex toto orbe conspici possit. si autē plures fuerint non oportet q̄libet illarū esse ita magnaz neqz esse in loco excelso: sed in parte inferiori aeris cum ex paruo spacio conspicienda sit. sed verisimilius est vnā apparituram fore. Et hoc primo quia vnicus fuit qui in cruce passus est qui nunc in honorem habetur: ⁊ vnica fuit crux ei⁹. Secundo quia dicitur apparebit signū filij hominis. cum ergo dixerit hoc in singulari videtur q̄ vnica crux apparitura sit. ¶ Queritur Q.° 101.
quomodo erit verū istud. s. tunc plangēt omnes tribus terre ⁊ qnādo erit hoc: ¶ Dicendū q̄ an mali in iudicio presente iudice ploraturi sint non constat. satis enim verisimile est q̄ si iudiciū aliquantulū durat mali lugebunt: ⁊ tamē nunc non intelligitur de luctu in iudicio: sed hoc dicitur q̄ verisimile erit quantum est ex tristicia quā mali concipient. Et tamen an ex parte corporis correspondeat dispositio ad hoc q̄ lugere possint: dicetur infra sequēti capitulo. Nunc vero dicitur de planctu quem habebunt homines ante reiurrectionem: Et tunc certum est q̄ poterunt plangere quia cum sint corruptibiles potest fieri illa resolutio de capitibus eorū: etiam cōpetit huic littere sensus. quia dicitur plāgent omnes tribus terre ⁊ ante

iudicium omnibus tã bonis q̃ malis competet causa lugendi: post iudiciũ vero solis malis. Item ꝛ precipue quia dicit q̃ plangent omnes trib⁹ terre. Et ita homĩes erunt distincti per tribus quando istũ planctũ habebũt. ꝛ tamẽ in iudicio nõ erunt distincti per terras: quia omnes homĩes cõgregabuntur in locũ vnũ vt dicit infra in littera. Etiam ibi in loco illo non manebit distinctio eorũ secundũ locũ. sed omnes boni de ꝙcũqz gente sint erunt ad dexterã: mali vero de quacũqz gẽte sint erunt ad sinistrã vt infra dicet sequenti ca. ergo non intelligitur de planctu in iudicio. ante iudiciũ vero manebunt homines distincti per terras suas ꝛ loca. ꝛ gentes de vna terra vocat scriptura vnã tribũ: ꝛ gentẽ de alia terra aliam tribum ꝛ ita erit q̃ ante iudiciũ quelibet gẽs erit in regione sua ꝛ ibi lugebit. ¶ Querit quare plangẽt omnes trib⁹ terre: ¶ Dicendũ q̃ ante iudiciũ omnes plangent tã boni q̃ mali. primo propter presentiã malor̃ que videbũt. nam obscurabit sol ꝛ luna: ꝛ stelle cadẽt. ꝛ nemo est qui hoc viso nõ timeat ꝛ lugeat Secundo propter ea que ex his ventura sperabunt. nam cuz hec mala sint ꝛ signa sint: deteriora inde futura sperabũt. hoc enim in magnũ timorẽ deducet omnes homines. ita vt non solum lugeant sed etiã arescant. sic dicit Luce. 21. capi. erunt signa in sole ꝛ luna ꝛ stellis ꝛ in terris pressura gentiũ pre confusione sonit⁹ maris ꝛ fluctuũ: arescentib⁹ hominib⁹ pre timore ꝛ spectatione que superueniet vniuerso orbi. Et ita cum arescere sit maius quã plãgere: verisimile ẽ q̃ plãgãt illi qui arescere debent. Sed dicendum q̃ licet omnes homĩes lugebunt magis tamẽ infideles q̃ fideles. quia infideles nichil horum sciunt aut credũt esse futurũ. ideo cũ hec venerint accidẽt inopinata illis propter quod valde affligent. fideles vero sciunt hec futura esse. Et ideo licet ista precognitio nõ tollat eis omnẽ angustiã ꝛ planctũ. qr res quãdo est in sensu multuz vrget. tamẽ multũ minuet de grauitate angustie. sic enĩ ait gregor⁹. q̃ minus iacula fuerint que preuident: ꝛ nos tollerabilius mundi mala suscipim⁹: cũ contra ea per prouidentie clipeum muniamur. Secundo qr infideles post hec mala nullũ bonũ expectant: cũ credant mortem esse vltimũ malor̃. quasi post mortem nullũ malũ aut bonũ eueniat. Et si aliquid post mortem futurũ putant non recte de illo existimant. ꝛ ideo affligentur valde cũ ista putẽt ad mortẽ vsqz pertingere. fideles vero sciunt post hec signa iudiciũ futurũ esse ꝛ post iudicium vitam eternaz. ideo habent aliquid quo presentes angustias aleuient. sic apostol⁹ arguit. i. Thesa. 4. capi. dicens q̃ nõ debemus contristari de morientib⁹ sicut infideles qui spem non habent. sed debemus consolari cogitantes q̃ eos in beata requie videbim⁹. ꝛ istũ etiam modũ ponit hic xp̃s dicens infra in littera: ita ꝛ vos cũ videritis hec omnia scitote quia prope est in ianuis est. ꝛ Luce. 21. apertius dicit. s. his fieri incipientibus respicite ꝛ leuate capita vestra quoniã appropinquat redemptio vestra. ⌊ Et videbunt ⌋. posita fuerunt in precedenti signa que precedũt iudiciũ. hic autẽ ponit ipsuz iudiciũ. ꝛ dividit in duo: qr primo ponit quod dictũ est. secũdo inducitur exẽplũ ibi. ⌊ Ab arbore fici ⌋. prima in duas: quia primo ponitur conditio iudicis venientis. secundo obsequiũ celestis exercitus ministrantis. ꝛ hoc in congregatiõe resurgentiũ ad locuz iudicij ibi. ⌊ Et mittet angelos ⌋. Circa primũ dicit. ⌊ Et videbunt filiũ hominis ⌋. s. christũ qui est filius virginis: de se ipso enim loquit quasi de alio. ⌊ Venientẽ in nubibus celi ⌋. s. nonveniet predicando sicut nunc. neqz etiã sedens super asinã ꝛ paup ficut cum intrauit ierusalẽ: sed potẽs vt rex. ꝛ excellentior q̃ human⁹ rex. s. vt deus quia veniet ĩ nubibus celi. i. aeris qui vocatur celũ ad modũ loquendi scripture. ⌊ Cum virtute multa ⌋. i. cum potestate ꝛ exercitu. non enim potest esse maior potestas q̃ ea quã xp̃s in iudicio habebit. ⌊ Et maiestate ⌋. i. magnitudine status vel apparat⁹ quia mult⁹ apparatus honoris cũ eo tunc apparebit. ⌊ Et mittet angelos suos ⌋. hic ponitur obsequiũ angelorũ in congregatione resurgentiũ. nam cũ xp̃us veniet ad iudiciũ oportet presentari omnes homĩes: sicut dixit apostol⁹ omnes stabim⁹ ante tribunal christi. ꝛ adhoc angeli ministrabũt xp̃o. s. vt colligãt pulueres mortuorũ ad formandũ corpora ꝛ sic vniat anima ꝛ deducantur homĩes in locum iudicij. de quo magis dictum est supra 22. capi. vbi de resurrectione ꝛ conditione resurgentiũ actum est. Et vocantur hic angeli omnes spirit⁹ angelici de quocunqz ordine sint: qui ad istud misteriũ deseruient eoq̃ mittuntur ⌊ Cum tuba ꝛ voce ⌋. ista tuba ꝛ vox erit ad excitandũ mortuos. quid autẽ sit ꝛ quomodo agat ad resurrectionẽ dictum est supra. 22. capi. ⌊ Et congregabũt electos eius ⌋. ista congregatio est ad hoc q̃ omnes deducant̃ in locum vnũ ad hoc q̃ iudicẽtur. ꝛ licet dicat̃ de electis omnes tamẽ adducẽt. ⌊ A quatuor vẽtis. i. a quatuor partib⁹ orbis que designant̃ per quatuor ventos. i. subsolanũ. fauoniũ. aquilonẽ. austrũ. ⌊ A summis celorũ vsqz ad terminos eorũz ⌋. i. ab vna parte celi vsqz ad aliã. s. vbicunqz fuerit homo aut pars eius deducẽt ad locũ iudicij collectis prius partib⁹ vt homo resurgat. ¶ Querit quomodo stat q̃ videant filiũ hominis venientẽ in nubibus: ¶ Dicendũ q̃ non videbit̃ ab hominib⁹ ante mortẽ qz post resurrectionẽ propter causaz dictã. etiam quia ante mortem erunt homĩes dispersi per regiones suas sicut nũc sunt. ꝛ non possent homĩes omnes videre christũ venientẽ etiam si corpus suũ valde fulgeret: propter magnã distãtiã ex qua nõ esset visibile corp⁹ humanũ ab oculis mortaliũ. oportet ergo omnes cõgregatos esse cuz eũ viderint: vt de propinquo ab eis videri possit. primo quia littera dicit videbũt eum venientem ꝛ est participiũ presentis. ꝛ est sensus videbunt eũ venire vel dũ venit. Scõo quia xp̃us in aduẽtu ad iudiciũ ostendet orb⁹ hominib⁹ maiestatẽ suã ꝛ excellentiã. sed pars apparat⁹ eius erit in veniendo. s. q̃ videant omnes homĩes q̃ per nubes descendit quasi per terrã gradaret. ꝛ iõ non solũ videbũt eum postq̃ venerit sed etiam dũ venit. ꝛ sic nõ erit aduentus ad locũ iudicij ante suscitationẽ mortuorũ. Sz neqz videt dicendum q̃ prius aliquantulũ resurgant mortui q̃ xp̃us veniat. sed q̃ vtrunqz sit simul. nã suscitatio mortuorũ fiet quasi subito. nam collectio puluerũ cadauerũ non fiet in instanti: sed imperceptibiliter vnio animarũ ad corpora formata fiet in instanti. translatio resurgentiũ ad locũ iudicij fiet subito. et ita licet xp̃us ceperit descendere de celo cuz ista fieri incipiunt prius hec consumabuntur quaz veniat ipse in locũ iudicij. vnde potuerunt omnes resurgẽtes xp̃m videre venientẽ ꝛ ita aliquantulũ precedet aduent⁹ eorũ in locũ iudicij ad aduẽtũ xp̃i illuc. Si autẽ dicat̃ q̃ littera obstat quia prius ponit̃ aduent⁹ xp̃i q̃ congregatio mortuorũ. dicendũ q̃ est anticipatio. Cũ enim illud debet precedere ad hoc tenendo ordinẽ naturalez: factũ est econtrario per ordinẽ artificialẽ. ꝛ ista anticipatio necessaria est sepe in scriptura. nam etiã si ista duo simul sint tempore cũ non possint oĩa simul narrari. necesse est vnũ ante alterum dici: ꝛ ita est hic qr concurrũt simul tẽpore quantũ ad aliquid: licet prius finiat̃ congregatio mortuorũz q̃ aduentus xp̃i ad locũ iudicij. Sz sequit̃ hic ordinẽ artificialẽ xp̃s in narrando. ipse enim ventur⁹ est ad iudicandũ. iudex autẽ pri⁹ venit ad locũ iudicij quã aliquid iudicialiter iubeat. sed mittere angelos ad congregandũ est actus xp̃i iudicantis. ideo prius de aduentu eius dicit q̃ de congregatiõne mortuor̃. Secundo fuit hoc qr resurgentes non congregant̃ in locum vnũ nisi vt ibi per xp̃um iudicent̃. ideo conueniẽs fuit premitti de xp̃o veniẽte ad iudicandũ vt inde resultet ad quid cõgregari facit omnes homines. ¶ Querit qualiter nunc xp̃us veniet ad iudicandum. scilicet an subito descendet de celo vel successiue: ¶ Dicendum q̃ non veniet subito sed successiue: Et patet primo quia Actu. 1. capitu. quando xp̃us ascendit in celuz dicitur q̃ discipuli intuebantur eum quomodo eleuabatur ꝛ non viderent nisi successiue ꝛ paulatim iret. Et tamen angeli dixerunt ibi: quemadmodum vidistis eum ascendentẽ in ce

Q.° 102

Q.° 103

Q.° 104

lum sic veniet. ergo veniet descendēs successiue ⁊ paulisper. Secundo patet quia dicit hic in littera videbūt filiū hominis venientē. i. videbūt eū venire vel quādo venit. sed nō videret si non veniret successiue: ergo veniet successiue. Tertio patet quia xp̄us volet ostēdere maiestatē suā in iudicio vt manifestetur gloria sua omnib⁹. sed magna pars glorie erit vt videant homines qualiter descendit per aerem sicut p̄ planā terraz: ⁊ non possent videre nisi successiue veniret. ergo veniet successiue. Quarto ad manifestandū locū de quo venit. nam si xp̄s subito veniret nō posset videri de quo loco veniebat. q̄ non videret venire sed venisse. ⁊ ideo nesciret an veniret de inferis aut de celis aut de aliqua parte terre. ⁊ tamē hoc est incōueniens: quia ad manifestandū gloriā loci eius necesse est q̄ sciatur q̄ de celo venit. ideo debuit videri venire successiue de altitudine celi. ⁊ ita nō dubitaret vnde veniret. necesse est igitur dici eū successiue venisse. Dicendū tamē q̄ ista successio morosa nō erit per totū mediuz aduent⁹ sed per aliquā partē. nam xp̄us sedet nūc a dextris dei Mar. 16. ca. ⁊ est in celo empireo vbi est gloria beatorū. si aūt per totū illud medīū veniret successione morosa: esset quidē fastidiosuz neq; aliquid esset vtile. quoniā resurgentes qui visuri sunt xp̄m venientē non possunt eū videre venientē per media illa. etiā si successione morosa illa media transiret. Sed intelligendū est q̄ in regione aeris ab ea parte qua poterit distincte videri xp̄us ⁊ eius apparatus a resurgentib⁹ manentibus in terra incipiet venire successione morosa: talis aut̄ modus fuit in ascensione. nam dicitur Actu. 1. ca. q̄ discipuli intuebant xp̄m eunte in celum et admirabant quomodo ascenderet. ⁊ sic manserunt admirantes ⁊ intuentes quousq; duo angeli dixerunt eis. quid admirabamini eunte. eodē capi. talis igitur erit modus descendendi: quia illi angeli dixerūt. sic enim veniet quemadmodū vidistis eū ascendentē. ¶ Queritur quomodo xp̄us veniet in nubibus celi. ¶ Dicendū q̄ xp̄us vere descendet in nubibus celi quia ipse illud hic asseruit. ideo necesse est q̄ sic euenīat. Secundo quia ita testati sunt angeli post ascensionē xp̄i dicentes: quemadmodū vidistis eum ascendentē in celum sic veniet. ⁊ tamen ascendebat tūc in nube: ideo in nube venturus est. Causa autē quare in nubib⁹ veniat non est quasi non possit sine nubibus venire. Sed est prima causa ad apparatū. nam dicitur in littera q̄ veniet in maiestate. est autē maiestas apparat⁹ magnus. ideo cū nubes circūstantes faciant ad apparatuz veniet in nubibus. Secunda est ad ostendendū dominiū. est enī dns vniuersalis. vt ergo ostendat q̄ etiā nubes obediūt ei volet in nubib⁹ venire. Tertia est vt videat venire quasi iudex. iudices enim sedent cū iudicāt. xp̄s aut̄ ad iudicandū ventur⁹ est. ideo secum ducet sedem suā. s. sedebit in nube. ita enim in ea involuet quantū ad partē inferiorē corporis quasi sedeat in sede gestatoria. Quarta est propter damnatos vt videantur honesti⁹ venire. nam apud beatos nullū erit operimentū aliquarū partiū corporis. q̄ omnes decore operient: ⁊ non erit vsus aliquarū vestiū ⁊ nichil erit turpe in conspectu eorū. sed in damnatis nō erit idem. ideo videt ad quandā honestatē q̄ in cōspectu eorū nube operiende erunt inferiores partes corporis xp̄i. a quibus partib⁹ eū damnati videbūt qui tunc sedebunt in terra ⁊ xp̄us erit in aere. Sic enim cuz ascenderet a parte inferiori nubes eū operuit cuz videret a discipulis qui erant adhuc mortales corā q̄bus non decebat nudū apparere licet poterat habere operimentū de lumine. sicut dicit. pſ. 103. amictus lumine sicut vestimēto. ⁊ ideo priores cause efficatiores sunt. ¶ Queritur quomodo mouebat xp̄us in nube ista ⁊ quomodo mouebatur nubes. ¶ Ad primū dicendū q̄ non mouebat xp̄us motu grauitatis licz moueret versus centrū. descendebat enim xp̄us de celo in terraz. ideo mot⁹ ei⁹ versus centrū erat qui est motus grauiū: sed non mouebatur ipse hoc motu. primo q̄ erat corpus eius glorioſum ⁊ in eis est dos agilitatis. cū qua non stat moueri ad motuz predominātis elemēti q̄ ab ip̄fectiōe venit. Secōo q̄ si hoc motu moueret non sisteret in aere sed ad terrā veniret et gelceret ibi: ⁊ tamē in aere stabit: ⁊ iusti cū eo in aere. nam rapiēmur obuiam xp̄o in aera. 1. Thesa. 4. ca. ergo non erit mot⁹ ille a grauitate. Tertio quia mot⁹ qui ex grauitate prouenit cū sit naturalis: est velocior in fine q̄ in principio vt patet in motu lapidis descendentis. ⁊ tamē mot⁹ xp̄i nō erit velocior in fine q̄ in principio aut medio. sed potius econtrario cū a principio futur⁹ sit subitaneus. postea vero aliqualiter tardus successione morosa vt videatur a resurgentib⁹ cōgregatis in loco iudicij vt dictū est supra. ergo non mouebit motu grauitatis. Sed dicendū est q̄ motus xp̄i erit motus voluntari⁹ sine vlla repugnantia ex parte corporis. Et hoc est per dotē agilitatis p̄ aliquid excellētius dote. nam in alijs beatis dotes proprias ponimus. in xp̄o aut̄ quid maius ⁊ excellenti⁹ dote. sed in beatis per dotem agilitatis poterit moueri beat⁹ quocunq; moueri voluerit. tā supra. i. ad sursum vel deorsuz vel quālibet aliā positionē. ⁊ licet corpora in beatis nō perdiderūt propriā temperiem cōpositionis secundū quā mixtiones magis sunt terrea q̄ aerea. tamē non erit in eis pond⁹ quod contra volūtatez trahat corpus sicut nunc illud trahit. sed ita facile beato erit moueri ad sursuz sicut ad deorsuz vel ad latera. ⁊ in eadē velocitate ⁊ cū equali cōnatu. solū hoc erit q̄ anima dōnabit corpori: quasi iam non sit leuitas aut grauitas principiū motiuū ex parte corporis: sed volūtas sit principiū motiuū. ⁊ q̄ voluntas non magis determinat ad vnā partē positionis q̄ ad alteram. poterit beat⁹ moueri equaliter ad quācunq; partem. ¶ Quantū ad secundum dicendū de nube q̄ ipsa mouebitur versus deorsuz sicut xp̄us qui descendit. ⁊ quia ipse venit sedens in illa: necesse est vt ipsa quoq; descendat. ¶ Sed dicendū q̄ iste mot⁹ non erit naturalis nubi q̄ motus earum non est ad deorsuz se potius ad sursuz. nā ex vaporib⁹ aut exalationib⁹ surgentib⁹ de terra ⁊ aqua densant et efficiūt nubes ⁊ surgunt vsq; ad illaz partē aeris in qua manent. inde enim non mouentur naturaliter deorsuz neq; etiā sursum: sed magis consueuerūt moueri in latera a vento percusse. ad deorsū autē neq; venti impellūt cū venti non causentur ex superioribus sed ex inferioribus. Dicendū etiā q̄ non descendet ex aliquo principio extrīseco dato ei a deo quia illud esset mouēs voluntarie. s. quia cessaret vbi vellet: sicut est de agilitate secundū quā mouent beati quo volunt: ⁊ in qua velocitate volunt vt dictū est precedenti questione. nam tale principiū motiuum vel qualitas non est nisi corporū glorificatorū. ⁊ tamen nubes non sunt corpora glorificata neq; erunt vnq̄: maxime quia talis perfectio non potest dari nisi enti rationali ideo nō mouebunt a principio intrinseco. Dicendū ergo q̄ mouebitur illa nubes a principio extrinseco mouente voluntarie. naz ab extrinseco mouente naturaliter nō poterit moueri. vtpote si diceremus eam a vento moueri. nam si cōtingeret ventū mouere nubē versus terrā non cessaret motus quousq; nubes alideretur ad terrā. tamē illa nubes in aere manebit vbi xp̄us manebit. ergo neq; a vento mouebit. sed mouens est extrinsecuz ⁊ voluntariū. s. angeli qui obsequentes xp̄o mouebunt nubem illā in ea velocitaue aut tarditade qua xp̄us volet: et vsq; ad illū locum quē ipse volet. Et cū angeli cessauerint eā mouere stabit illa neq; oportet ipsaz teneri cū non inclinetur ad eundū deorsuz. ⁊ tū quia angeli mouentes eam cū sint substantie spirituales nō videbunt putabitur ipsa per se moueri. ¶ Queritur quomodo dicit hic q̄ videbunt eū venientem in nubibus. nam videt q̄ in vnica nube veniet. Secundo q̄ xp̄us sic ventur⁹ est sicut ascendit. sic enim dixerūt angeli discipulis. Actu. 1. ca. quemadmodū vidistis eum ascēdentē sic veniet. ⁊ tamē in vna nube ascendit. ideo in vna nube descendet. ¶ Dicēdū q̄ cōcedēdū est vtrūq;. scilicet q̄ xp̄s descendebat in nubib⁹ ⁊ q̄ descēdebat i nube vna. nā xp̄s dicit hic q̄ videbunt eū venientē in nubib⁹. ⁊ Mar. 13. c. etiā dicit venientē in

Q.° 105

Q.° 106

Q.° 107

Q.° 108

nubib⁹.ꝛ tamē manifestū est ꝙ vna erat nubes q̄ corpi ei⁹ ap
propīquabat ꝛ adaptabat ei ꝛ in illa ppie venire dicebatur
¶ Sed dicendū ꝙ causa quare dicat venire in nubib⁹ celi est
qz inter illas descendebat ꝛ desup illas.ꝛ tñ celū de quo xp̄us
descendebat sup nubes est: ideo in nubib⁹ venebat.i. inter nu
bes vel desup nubes. Scōa causa est qz volūt qdam ꝙ in ad
uentu cristi non solū descendet vna nubes sub pedib⁹ eius sed
multe vt maior honor sit descendētis q̄ fuerit ascendētis. eo
ꝙ nūc oībus hominib⁹ manifestand⁹: tūc vero a solis discipu
lis q cū eo erant in mōte oliueti ꝛ quibusdā alijs credētib⁹ vi
sus est. de his dicit origenes sup math. videbūt enī oculis cor
poralib⁹ filiū in humana specie venientē in nubib⁹ celi.i. supe
rius. sic enī quādo transformat⁹ est: vox venit de nube. sic cuz
veniet iterū in speciē transformat⁹ glorioſaz. nō sup vnā nubē
sed sup multas veniet q̄ erūt vehiculū eius. Ad primū in con
trariū dicendū ꝙ verū est ꝙ in vnica veniet. ſ. q̄ īmediate tan
gat corp⁹ ei⁹ ꝛ aptet ei. ꝛ tamē veniet in multis qz multe erūt
sub pedib⁹ ei⁹ qñ descēdere cepit. ſ. oēs nubes celi. vel veniet ī
multis nubib⁹ qz multe descendent cū eo sub pedib⁹ ei⁹. licet
vnica sit q̄ īmediate eū tangit. Ad scōm dicēdū ꝙ sic veniet sic
ascendit. ꝛ tñ li sicut determinat actū ascendendi vel descenden
di. nō tamē habitū vel ceteras dispositiōes descendentz. ꝛ ideo
sicut tūc ascendit visibiliter ꝛ successiōe morosa. ita est descen
surus. nō tamē sequit ꝙ si tūc vnicā nubē habuit ꝙ etiā nunc
habeat vnicā cū descendet. Et rō quare in descensu debuit vti
pluribus nubib⁹ aut quare scriptura debuit dicere de plurib⁹
q̄ in ascensione fuit. qz qñ xp̄s ascendit ibat de loco in quo mul
la nubes erat. ꝛ oportuit ꝙ descenderet de loco nubiū aliqua
nubes in qua iret. ꝛ qz sufficiebat vna fuit vnica. Cū vero de
scendebat veniebat de loco nubiuz necesse erat ꝙ veniente eo
essent nubes sub pedib⁹ ei⁹. ideo dicit ꝙ in nubib⁹ descende-
debat. Scōa erat ad ostendendū maiorē honorē in descenden
do quā in ascendendo. nā maior esse debebat qz tūc ascēdit co
rā paucis. nunc vero descendet corā toto mūdo. nā nunq̄ erit
totus mundus cōgregat⁹ nisi tūc. ¶ Querit que nubes erit
illa in qua xp̄us descendet. ſ. q̄ erit corpori eius cōiuncta. Alli
qui dicunt ꝙ erit illa eadē nubes in qua ascendit. ꝛ hoc videt
velle aug⁹. in epla ad eſichiū. ¶ Sed dicendum ꝙ nō poterit
esse penit⁹ eadem nubes. nā nubes nō est ens perfectū cū non
pertineat ad determinatā speciē in quātū huiusmodi. naz nu
bes est ens methaphisicū. ꝛ inter oīa entia methaphisica non
est aliquod ens primens ad speciē perfectā. i. ꝙ secōz illud esse
quod habet sit in specie determinata nisi pluuia q̄ est aqua. iō
talia entia sunt parue durationis ꝛ statim transeūt ad aliā spe
ciem. sicut nubes soluit in aliqd subtili⁹ vel cōdensatur in plu
uias. cum igit nubes illa fuerit a tot annis nō est verisimile ꝙ
maneat eadē numero nūc sed iam soluta fuerit in aliqd aliud.
Sed est dicendū ꝙ nō differt eandē nubē aut aliā esse dum ta
men nubes sit. qz nō sumit nubes illa nisi ad operiendū quod
potest facere quecunqz nubes: ideo siue illa siue altera fuerit
non differt. si autē in aliquo differret: potuisset deus miracu
lose illā eandez cōseruare sicut miraculose aliqd fecit in motu
eius qñ ascendit. ꝛ aliqd miraculose faciet in motu illarū in q
bus descensur⁹ est vt dictū est supra. vnde dicēdū ꝙ nō erit ea
dem nubes numero: quasi ab illo tēpore vsqz nunc manserit
nō soluta neqz in aliud trāsmutata. sed poterit esse eadē scōm
materiā. ſ. ꝙ materia q̄ fuit illi⁹ nubis sit materia ei⁹ nubis ī q̄
xp̄s descēsur⁹ est ad iudicandū sz nō est necessariū. ¶ Querit
quō dicit ꝙ videbūt eū venientē in nubib⁹ celi. ꝛ quō sūt iste
nubes celi. ¶ Dōm ꝙ nō vocant nubes celi q̄si sint de substā
tia celi sz celi.i. aeris qz in regiōe aeris sūt nubes. ꝛ ita accipit
scriptura celū. vt Luce. 8. c. aues celi comederūt illud. i. aues
que sunt in aere. ps. 8. dicit volucres celi ꝛ pisces maris. id-
est volucres que sunt in aere. vel dicūtur nubes celi: quia iu
xta celū sūt: nā licet īter nubes ꝛ celū mediet regio ignis. nos
tamen non videmus eū mediare. ꝛ ideo putamus coniunctas

Q° 109

Q° .110

esse nubes celo sed nō sunt. sciptura autē tenet modū loquendi
vulgariū. ideo vocat nubes celi quasi sint iuxta celū sicut vul
gus putat. ꝛ hoc colligit qz neqz marcus neqz lucas de hoc
dixerunt. nā marci. 13. ca. dicit videbunt filiū hōis venien-
tem in nubib⁹ cū virtute. ꝛ luce. 21. c. dicit venientē in nube ꝛ
neuter addidit celi. ꝛ tamē si de substantia celi esset nubes illa
esset aliqd mirandū ꝛ nō tacerēt illud euangeliste. ¶ Querit
quomodo est verū ꝙ aparebit xp̄us cū virtute multa? ¶ Di
cendū ꝙ virt⁹ potestatē signat hic. Accipit autē interdū pote
stas pro multitudine famulantiū qz in multitudine subditorū
consistit potestas pncipis. ꝛ ita dicim⁹ magnā virtutez habere
illuz pncipē qui magnū exercitū habet. sic xp̄s veniet cū vir-
tute magna. i. multo exercitu angelorū. nam multi angeli ve
nient cū eo ad iudiciū. sicut dicit supra. 16. c. filius hōis ventu
rus est in gloria patris sui cū angelis suis: ꝛ tūc reddet vnicui
qz iuxta opera sua. hoc autē in iudicio fit vbi cuiqz dat iuxta
opera sua. ꝛ sic cū angelis vēturꝰ est ad iudicādū. ꝛ sequēti. c.
magis hoc declarat. ſ. cū autē venerit filius hominis in maiesta
te sua ꝛ oēs angeli eius cū eo. ꝛ tamē angeli vocant exercitus
dei vel castra eius. sic patet geñ. 32. vbi multitudo angelorum
vocata fuit castra dei. ꝛ dꝰ vocat oēs exercituū: ꝛ milites ei⁹
vocant angeli. Job. 25. ſ. munq̄ est numer⁹ militū eius. Cum
ergo deduxerit secū multos angelos dicet multā virtutē ha-
bere aut venire cū multa virtute: alio modo accipit ꝙ virtu-
te. i. potestate ad aliqd faciendū: ꝛ ita dicet multa virt⁹ cū qua
xp̄us nūc veniet: qz habebit potestatē iudicādi totū mundū ꝛ
exequndi sententiā suā sine vlla ꝯtradictione. ꝛ ista potestas est
quā xp̄us sibi dicit datā post resurrrectionē. j. 28. c. ſ. data est
michi oīs ptās in celo ꝛ in terra ꝛ vere maior erit nunc pote-
stas xp̄i hominis q̄ ante passionē. nā ante passionē non erant
omnia ei subiecta. in iudicio aūt omnia erūt subiecta pedibus
eius. 1. Chor. 15. c. naz ꝛ mors tūc sibi subiciet ideo potestas
eius magna erit. Alio modo dicit potestas vel virtus xp̄i tūc
magna qz maior erit quā ea q̄ hic habuit. nā quātacūqz essz
quā hic habuit erat in statu humili ꝛ in corpore passibili: tūc
vero erit in statu excellētiori ꝛ impassili corpore. ideo erit ma
ior. sic dicit Origenes sup matheū: ſ. primū quidē iesus venit
cū virtute ex qua faciebat signa ꝛ prodigia magna in popu-
o mnis autē illa virtus in cōparatione virtutis multe cū qua
in fine venturus est modica erat. virt⁹ enī erat exinanientis se
ipsuz. ꝛ sequens est etiā vt in maiorē gloriā reformet quā fuit
transformat⁹ in monte. tūc enīz ꝓpter tres tantumodo trans-
format⁹ est. in cōsumatione autē mūdi toti⁹ apparebit in glo-
ria multa vt videant eū oēs in gloria. Dicendū autem ꝙ licet
vtroqz modo possit hic accipi virtus magis accipit scōo q̄ p̄
mo. qz p̄mo modo magis pertinet ad apparatū. i. maiestatez
q̄ ad virtutē. hoc autē supposito dicendū ꝙ maior virt⁹ xp̄i
erit in aduentu ad iudiciū quā fuit dū viueret īter nos. qz tūc
ei scōm ꝙ homo nō erat data potestas iudicandi mūdū ꝛ sub
iciendi sibi omnia. Cū autē dicit ꝙ erit maior virt⁹ in aduen
tu q̄ in transfiguratiōe. verū est. qz cū transfigurat⁹ est adhuc
non habebat potestatē iudicandi ꝛ subiciēdi sibi oīa neqz erat
adhuc corpus eius glorificatū neqz erat impassibile. Et etiā
veruz est ꝙ in maiori honore ꝛ apparatu erit in iudicio q̄ in
transfiguratione. cū in transfiguratione corā trib⁹ transfigu-
ratus est. in iudicio autē apparebit corā toto mūdo. ꝛ tamen
istud non pertinet ad virtutē sed a dmaiestatē. ¶ Querit cuz
dicat ꝙ veniet xp̄us in maiestate qd sit ista maiestas? ¶ Dicē
dum ꝙ maiestas ad apparatū venētis pertinet. dicit enī ma
iestas quasi maior stat⁹. vnde apparat⁹ magn⁹ scōm quem co
gnoscit status excellus vocat maiestas. ꝛ nō quilibz apparat⁹
magnus vocat maiestas sed solū maxim⁹: ꝛ ideo maiestatem
non dam⁹ nisi regi ꝛ imperatori qui sunt sūmi pncipes terre
ni. sed xp̄us veniet cū maximo apparatu qui ostendat maiorē
statū ꝛ excellentiā eius q̄ sit omniū regū terre. ideo dicet ve-
nire in maiestate. Ad istū enī apparatū pertinet ꝙ veniet pe ce

Q° .111

Q° .112

lo successione morosa ita vt omnes homīes eū videāt venientem ꝛ tremant. etiam ptinet qꝫ veniant nubes sub pedibus eius. ſſā multe nubes venient sub pedibus eius vt dixit origenes licet vna erit que tanget corpus eiꝰ īmediate ꝛ in qua ipe venire dicet. vñ lu. 21. c. dicit veniētē in nube et nō in nubibꝰ. etiam ad magestatē istā ptinebit multitudo angelorꝫ. nā cum eo venient omnes angeli eius. vt dicit sequēti. c. et. ſ. 16. et isti faciunt magnū apparatū. Item erit apparatꝰ ex eis qui rapientur et occurrent ei in aera. nā iusti non sedebūt aut stabunt ī terra sed rapient obuiā domino in aera et ibi cuz eo erunt. 1. thes. 4. c. Item multitudo manēs in terra ad magnū apatum ptinebit. erit enī ibi totus mundus cōgregatus quotquot. n. nati sunt ab origine mūdi et nascent vsqz in diem illū erūt ibi congregati. et omnes qui in seculo fuerūt potētes. cristū tanqꝫ deum et dñm suū ibi inuti cognoscent: et cōtremiscēt corā eo illius sententiā expectantes. hec est enī magnitudo apparatus qualis nō solū nunqꝫ esse potest: sed neqz queqꝫ alia excogitari potest. ideo cū in isto apparatu xps venerit dicet venire in magestate. Dicit aūt tūc xps vēturꝰ in magestate ad differentiā primi aduentus. venit enī tūc xps ignotus quasi ꝛ in humilitate statꝰ et carnis infirmitate. pſecutionē et aduersitatem sustinens et paupeditans. ꝛ quādo maioris apparatus fuit sedit sup asinam ad intrandū in ierusalē. vt ergo cum diceret se rursus venturū discipuli quibꝰ loquebat nō putarēt eum venturū in humilitate sicut prius. ꝛ aliqua passurū: dixit qꝫ nō veniret sic sz in magestate. et sat erat magestas et apparatus: qz nō solū magna cū eo apparitura sunt: sed ad hoc qꝫ ipse appareat magna signa ventura ꝛ pcessura sūt. ſ. qꝫ sol
Q° 113 et luna obscurabunt. et cetera que supra dicta sunt. ¶ Queritur ad quid mittet filius hominis angelos suos. et qui erūt angeli qui mittunt: ¶ Dicendū qꝫ erit ista missio ad congregandū electos vt dicit in littera. xps enī ad iudicandū venturus est: et ideo optet qꝫ iudicandi presentes ei sint fm pſentiaz corpoalē in qua iudicabit. nam xps inqꝫtum deus omnibus rebus pñs est: quia vbiqz est et oīa ei presentia sunt. et tñ non est presens oībus fm qꝫ hō neqz omnia sūt ei pñtia. qz corpꝰ suum est finitū fm determinatā quātitatē. ipse tñ xps in humana substātia iudicaturꝰ est vt ab oībus videat. ideo optet qꝫ ante eū omnes homines cōgregent in locū vnū in terra in quo ipse iudicare voluerit. Erit aūt ista congregatio post resurrectionē ipsoꝝ. nam prius morient omnes homines qꝫ ad iudiciū veniant. per ignē enī conflagrationis oēs qui residui fuerint morient et statim resurgent. hos autē ꝯgregari oportebit. Est autē duplex istoꝝ ꝯgregatio. vna anteqꝫ resurgant alia postqꝫ surrexerint. nam necesse est omnes resurgere et in eisdē corporibꝰ numero. nō sunt aūt eadē corpora nisi sit eadē materia. et ideo singule ptes corporꝫ illorꝫ colligent. et qz per multas trāsmutationes factas in elementa nō erunt oēs ptes materiales cuiuslibet corporis in eodē loco. optebit qꝫ etiaz si in extremo terre sit vna pars et alia ī alio extremo inde colligant ad hoc qꝫ inde formet corpus idem quod prius. Alia congregatio erit post resurrectionē nam colectis pulueribus ad locū vbi pcipua pars eorꝫ est reformabit corpus ex eis et reuniet aīa a deo illis mēbris et tunc viuet. et erit idē homo numero qui prius et iste debet deduci in locū cōmunem iudicij quia ibi omnes futuri sunt. Sunt autē angeli necessarij p his actibus. sunt enī hic quatuor actus et illorū tres ad angelos ptinent. vnus aūt nō. Primus est congregare pulueres in locum vnū. ſ. vbi fuerit precipua portio eorū. Secundus est illos totos collectos in corpus formare tale quale deceat secūdū ꝯditionē resurgentiū. Tertius est aīam rationalē que prefuerat reunire illi corpori. Quartus est hominez sic resultantē de loco resurrectionis in locū iudicij ꝺducere. Tertium actū solus deus faciet: qz est infinite potentie p illū modum reunire animā. alios facient angeli qui mīstrāt deo qntum ad ea que nō sunt infinite potentie et ideo mittet xps angelos. ¶ Quantū ad fm dicendū qꝫ angelus accipit duplicer. Uno modo pro quolibet spiritu bono celesti. ꝛ ita vocamus nouē ordines angelorꝫ quasi omnes sint angeli qui in illis ordinibus sunt. Alio modo angelus accipit specialiter qꝫ spiritibꝰ primi ꝛ infimi ordinis. ¶ Dom aūt qꝫ in presenti vocant angeli ab officio. ſ. qꝫ mittunt. nam angelus nuncius est: quicūqz ergo mittitur a deo ad aliquid faciendū angelus vocatur. vñ et homines vocant angeli dei: quia deus committit illis verba sua vt alijs nuncient. sic dicit Malach. 2. c. de sacerdotibus. ſ. labia sacerdotis custodient scientiaz ꝛ legem ex ore eius exquirēt. quoniā angelus domini exercituū ē: quot quot ergo nūc mittent ad istud ministeriū cōgregatiōis angeli vocari debent. siue sint solū de ordine inferiori siue etiaz ō alijs. Est tñ dicendū qꝫ an solum angeli inferiores missi fuerūt. vel etiā qdā alij de alijs ordinibꝰ nō apparet manifeste. satis tamē pōt dici qꝫ preter inferiores fuerūt aliqui alij de alijs ordinibus quorꝫ angeli mittunt. nam vt dicit Dañ. 7. c. et ponit illud dionysiꝰ. li. de angelica. gerar. quidā spiritus assistunt. Alij ministrāt. assistentes aūt nō mittunt. Ministrātes non mittunt. quia hoc est ministeriū eorꝫ. ſ. qꝫ mittant ad faciendum aliqua que ptinent ad nr̄am salutē. Ad hebre. 1. c. scz sunt administratorij spiritus in ministeriū missi ꝓpter eos q hereditatē capiūt salutis. Et videt dicendū qꝫ non soli angeli inferiores mittant: quia cuz ad multos ordines ptineat miti verisimile est qꝫ etiā de alijs ordinibꝰ aliqui missi fuerint. Secūdo quia istud erat magnū mysteriū: ꝛ qꝫ cito fieri debebat. nam congregandi erant pulueres omniū corporꝫ singuli ī locum vnū vt formarent corpa et formatis illis homines iam viuentes deducendi erant in vnū locum. hoc enī vt cito fieret cum in ictu occuli fieri debebat. 1. chorꝫ. 15. c. Magna multitudine ministrantiū indiget. ideo verisimile est qꝫ non de solo ordine inferiori: sed etiā de alijs mittent aliqui. Tertio quia archangeli sunt de scō ordine: et tamē aliqui archāgeli ī isto ministerio venturi sunt. cum dicat hic qꝫ mittet angelos suos cū tuba ꝛ voce magna. ꝛ 1. thessal. 4. c. dicit ipe dñs in iussu et voce archangeli et tuba dei descendet de celo. et ita illi qui vocant hic angeli vocant apud paulū archāgeli. ꝛ nō differt qꝫ dicat in singulari archangeli: quia multi venturi sunt: cuz hic dicat qꝫ mittet angelos suos cum tuba et voce magna. et sic vocauit hic angelos ipsos qui sunt archangeli ex quo ptz saltem qꝫ de duobus ordinibꝰ. i. angelis ꝛ archangelis venient multi. et idem intelligendū est de omnibꝰ illis ordinibus quorū spiritus solent mitti. ¶ Queritꝫ quid faciēt in hac congregatione: ¶ Dom qꝫ quatuor actus erūt circa eos qui cōgregant vt dictū est supra. quorꝫ tres ad angelos pertinent. ꝛ hic nō ponitur nisi congregare qui est quartus actus. Nam postqꝫ resurrexerint congregabuntur in locū iudicij. tamē fit mentio de sola ꝯgregatione: quia est quartus actus ꝛ vltimꝰ et ideo cum presupponat alios. dicto hoc intelligit de omnibus precedentibꝰ. Nam nō poterūt congregari nisi facti fuerint alij tres actus. ideo in isto intelligunt alij. Secūdo potest dici qꝫ per istam cōgregationē intelligunt omnes actus pertinentes ad angelos. sunt enī tres cōgregationes. vna enīz est vt pulueres eiusdē cadaueris ō diuersis locis ducant vt sint in vno. Secūda est vt ipsi pulueres cōgregentur inter se ꝛ cōpingant ita qꝫ reddant corpus vnū. Tertia est vt corporibus resultantibus ꝛ viuificatis per dei operationē: deducant omnia in locū vnū. ſ. iudicij. ꝛ omnes isti actus sunt congregatio quedam. Alius enī actus qui est animas reunire est precipuꝰ sed iste non est angelorū. imo solius dei. ideo de eo non debuit fieri mentio. Et sic sufficienter nomine cōgregationis intelligunt omnes actus angelorꝫ circa resurgentes. ¶ Considerandū aūt qꝫ electi ꝓprie vocant hic illi qui ꝓdestinati sunt ad vitam eternā siue ante diē iudicij mortui fuerint siue tunc morianꝫ. Et isti congregabuntur ab angelis ad locum iudicij. De alijs etiā dicendū est qꝫ cōgregabunt ad iudiciuz. xps

Q° 114

Q° 115

tamē nō fecit nunc mentionē nisi de electis. ad ostendendū honorem eorum. s. q tanti honoris apud deū erūt q faciet eos ab angelis deduci. sed in isto honore nullo modo cōmunicāt mali. iō nō fit mentio de eorū congregatione ꝛ portatione ab

Q°. 116 angelis. ¶ Sed queret quare dicit q electi cōgregabunt ab angelis. ¶Nam de eis nō debet dici q congregādi sunt quia p se venire possunt. de malis autē esset dicendū q cōgregarent quia per se nō possent venire. ¶ Dicendū est q verū est q electi p se venire possunt sicut dictū est: et tamē ponitur q angeli cōgregabunt ad ostendendū honorē eorum. sicut est in dōmis habentibus familiā: multa enī p se ipsos facē possunt: sed nō faciunt imo volunt q alij eis in hoc seruiant. sic enī xps sine nube ascendere potuit. ꝛ tamē voluit in nube sedens ascendere: ꝛ ita etiam descendet sicut in littera dicit. Sic etiam licz beati p se ipsos moueri poterāt: portabunt ab angelis vt videatur quanto honor eis exhibet vt etiā angeli ministrent illi portando eos. ꝛ hunc modū loquendi paulus tenuit dicens. ꝓmo Thes. 4. c. Rapiemur obuiā xpo in aere: ꝛ ita cum domino erimus. ¶Rapi autē ab alio portari est. sicut dicit Criso. scz per angelos dominus electos vocat. ad electorū honorez pertinet. ¶Nam et paulus dicit q rapientur in nubibus. quia eos quidā qui resurrexerunt cōgregabunt angeli congregatos autē rapient nubes. ¶De malis dicendū q verus est q ab angelis cōgregabunt. ꝛ tamē xps nō posuit de hac cōgregatione: quia posuit istam cōgregationē tanq̄ honorem: sed honor non cōmunicabit malis. ideo nō dixit q ipsi cōgregarentur. ꝛ si de malis diceret q cōgregarent ab angelis nō poneretur aliquid ptinens ad honorē bonorū. quod tamē cristus intendebat. ideo debuit dicere q boni cōgregarent ab angelis et de malis tacere. licet verū esset q cōgregarentur ab alijs.

Q°. 117 ¶ Queritur quare dixit electos cōgregādos a quatuor vētis. ¶ Dicendū q xps voluit dicere congregandos electos ab omnibus ptibus mundi. solemus enī illas partes a quatuor punctis p̄cipuis mūdi notare. ille autē sunt origines quatuor ventorū. ideo dixit a quatuor vētis. sic dicit remigius ꝛ beda scz a quatuor ventis a quatuor mūdi partibus dicit. oriente. occidente. aquilone. ꝛ austro. Sciendū autē q iste modus loquendi a vulgo accipitur. per res enī notiores locuntur. Et quia nomina punctorū cardinaliū nō sunt eis ita nota: supplēt ea per quatuor nomina ventorū qui flant ab eisdem punctis quoniā venti isti notissimi sunt. Etiā vtitur xpus hoc modo: quia est hebraicus. ¶Nā in veteri testamento cū scriptura vult designare quatuor partes orbis quatuor vētos nominat. sic dicit. 1. paralip. 9. c. s. per quatuor ventos erant ostiarij. i. ad orientem. occidentē. aquilonem. ꝛ austrum. ꝛ licet dicatur de his quatuor ventis: intelligendū est etiam de partibus aquibus alij venti flant. ¶Nam colaterales duos singuli haberent: ꝛ sic sunt duodecim. ꝛ etiā si plures ponant a partibus omnium congregandi erant resurgentes. ¶ Queritur quare dicit a

Q°. 118 sumis celorū vsq; ad terminos eorū: ¶ Dicendū q iste modus loquendi venit ad supplectionē precedentis. dixerat enī congregandos a quatuor ventis. et videbat q ex his solū in duobus deficiebat. primo quia ista quatuor puncta sunt extrema in orbe. ꝛ ita signaret q de medio nulli mortui cōgregandi essent. ꝛ tamē plures cōgregabunt de medio quā de extremis. imo accipiendo stricte ista quatuor puncta ventorū forte nullus de eis congregabitur. Secūdo deficit etiā quantum ad extremitates mūdi. quia ista quatuor puncta sunt opposita et distantia valde. Et inter ea sunt multa alia de quibus videtur q nulli congregabunt. quod incōuenienter dictum est. ideo xps addidit hunc modū loquendi per quē innuit q resurgentes congregabuntur de toto mundo. s. tam de toto medio quā de omnibus extremitatib⁹. Vocatur enī hic sumū celi tota terra que est inter extremitates mūdi. terminus celorū vocatur ipsa extremitas terre in rotundū. ꝛ ratio huius locutionis est: quia describit hic terra sm̄ habitudinē celi. sūmum enim celi vocat quicquid supra nos est. termin⁹ celi dicit circulus in quo celū videtur ꝯiungi terre quasi ibi terminetur. quem circulū orizontem vocant. ꝛ sic tota terra que est intra terminos celi vocat summū celi vel celorū. quia super illā terram est celum quod supra nos est. Est igitur sensus q omnes mortui cōgregabunt. tam illi qui fuerint per totam terrā mediam quā qui fuerint in extremitatib⁹ terre vbi videtur terminari celum. Sic dicit remigius ne forte aliquis putaret q solum a quatuor partibus mundi. nō a mediterraneis regionibus ꝛ locis. addidit a sūmis celorum vsq; ad terminos eorū. per summū enim celi medium orbis intelligit. quia medio orbis summū celi presidet. per terminos aūt celorū fines terre significat. vbi longe distantibus circulis celi terre insidere videntur. Et nō differt q ponat in plurali. s. a summis celorum quia idem est ac si dicatur a sūmo celi vsq; ad terminum eius. quia licet plures celi sint et consequenter plures sūmitates. tñ omnes illi directe ꝛ sub eadem habitudine respiciunt terram. ꝛ ita multi celi habent multos terminos: sed omnes illos tangit vnus orizon qui secat omnes celos. et ita est vna sūmitas et vnus terminus. Sed ¶Mar. 13. c. dicit a sūmo terre vsq; ad summū celi. et est eadem sententia. oportet enī ibi accipi sūmitatem. i. extremitatē. Et est sensus q extremitas celi est extremitas terre. Vident enī cōiungi celum ꝛ terra in extremo. et ibi ambo videntur finiri. ꝛ ideo est extremitas vtrorumq;. et vult dicere q ab extremo terre vsq; ad extremū terre colligētur omnes mortui. et quia omnes sunt in terra signat q omnes colligentur. q vero dicit a summo terre vsq; ad summū celi: idem est ac si dicat ab extremo terre vsq; ad extremū terre. vel ab extremo celi vsq; ad extremū celi. Cū idem sit summum celi ꝛ terre. sic dicit Beda addit a summo terre vsq; ad summū celi. i. ab extremis terre finibus p directū vsq; ad vltimos terminos eius. Alio modo potest intelligi de congregatione partiū cadauerū q non inuenient solū in terra habitabili in qua homines fuerunt: sed alique inuenientur in mari. alie in distantissimis partibus terre. alie vero verse fuerunt in aerem et ventos ꝛ ignem et transierunt ad loca ipsorū elemētorum. ꝛ ita possunt esse alique iam iuxta celum. s. in regione ignis ꝛ aeris quē celo cōiunctum vulgus putat. sed precedēs modus melior est. ⌊ Ab arbore autē ꝺixerat supra cristus de iudicio et precedentibus iudicium. ⌊hic autem ponit similitudinē ad illud declarandū. s. ⌊ Ab arbore fici discite parabolā ⌋. Est sensus scitote q precedentia sunt signū iudicij. et etiam scire debetis q nō de longinquo illud signat sed de propinquo. Et ad hoc ponit parabolam de ficu. ꝛ dicitur. ⌊ Ab arbore fici ⌋. i. ab arbore est que est ficus. nam ponit inträsitiue. marcus vero dixit a ficu discite parabolā. i. a ficulnea. licet hic declarauit p secundā ꝛ in marco per quartaz. ꝛ ita nos declinamus. parabolā similitudo est. s. q sicut se habēt ficulnee mittentes grossos ad estatē. ita se habent signa hec ad iudicium. ⌊ Cum iam ramus eius tener fuerit ⌋. hoc accidit ficulnee et omnibus arboribus cuz germinare volunt. nam in yeme nō est tener ramus ficulnee. ꝛ ideo non ipsa tunc est apta ad germinandū. cuz vero pullulare debent: folia ꝛ fructus teneri ficatur ramus. ⌊ Et folia nata ⌋. ista se consecunt. nā postq̄ fuerint teneri rami germinant de se folia. ⌊ Scitis quia prope est estas ⌋. hoc omnis homo scit. ¶Nam tunc incipit estas cum ista fiūt. ⌊ Ita et vos ⌋. applicat parabolam ad ꝓpositū de aduentu ad iudicium et de signis precedentibus euersionē ierusalem. ⌊ Cum videritis hec omnia fieri ⌋. s. que ꝓnunciata sunt. nam omnia signa iudicij ventura sunt ante iudiciū. ꝛ omnia signa euersionis ventura sunt ante euersionez ierusalem. ⌊ Scitote quia prope est ⌋. s. aduentus cristi ad iudiciū. nō enim multuz tardabit post signa ipsa aduentus. ⌊ Et in ianuis ⌋. i. iam presens est. modus loquendi est ad significandū magnā propinquitatem. ꝛ est exemplū cum quis vult in aliquā domū venire: non potest esse ꝓpinquior quā cū in ianuis domus fuerit.

quia iam nichil deest ad veniendum: imo est iā in termino ad uentus. ⁊ Amen dico vobis ⁊ .i. in veritate vel ſm certitudinem. ⁊ est modus affirmandi vel iurandi. ⁊ Quia non preteribit generatio hec ⁊ hic notat istam summā breuitatē. i. quia omnia illa que predicta erant ventura erant dū viueret ista generatio. ſ. que tunc erat cum demōstretur. vna autem generatio pauco tempore durat. ⁊ Donec omnia hec fiant ⁊ .i. cōpleantur omnia que predicta sunt. ad quid autem referatur istud statim dicētur. ⁊ Celum et terra transibunt ⁊ hic ponitur certitudo huius rei prenunciate. erat enim magna. ideo vt firmiter illam discipuli crederent posuit confirmationem dicēs q̄ necesse est euenire hec. et potius possunt perire celum ⁊ terra quam q̄ non eueniat id quod ab eo prenunciatū est. ⁊ Verba autem mea non preteribunt ⁊ .i. non poterunt transire sine effectu. tunc enim verbum transit quando postq̄ dictum est nichil relinquit in re. si autem post verbuz manet res signata non transiuit verbum. ⁊ sic omnia verba falsa transeunt quia post se nichil relinquūt. verba autem cristi vera sunt: quia ipse est veritas. ideo non possunt transire verba sua. simile dicitur ſ. ſ. c. donec transeat celum ⁊ terra iota aūt apex vn⁹ nō preteribit a lege donec omnia fiant. i. poterit celum transire: sed non lex donec impleatur. ¶ Queritur ad quid posuit xp̄us nunc istud de arbore fici? ¶ Dicendum q̄ voluit tollere dubium et describere cōditionē signorum. ¶ Sed dicendum q̄ cristus non solum dixit de ficulnea imo etiam de omnibus arboribus. sic dicitur Lu. 21. c. Videte ficulneam ⁊ ceteras arbores cum producunt de se fructum scitis quoniam ꝑpe est estas. Matheus tamen ⁊ mar. de sola ficulnea dixerūt: ꝑpter duo. Primo quia cuz ponatur istud vt exempluz sufficit vnū Scōo quia ficulnea magis coniuncta est estati q̄ cetere arbores ſm folia et fructus. ¶ Considerandū q̄ q̄ñcūqz diuersi euāgeliste idē narrāt standū est ei qui plus narrat: quia als dicerem⁹ eum mentiri. ⁊ quia lucas dixit de omnibus arboribus et ficulnea. Marcus autem ⁊ matheus de sola ficulnea. standum est in hoc luce. ſ. q̄ aliquid cristus dixerit quod matheus ⁊ marcus tacuerunt. Lucas vero illud expressit. nō est enim inconueniens q̄ nullus euangelistaz̄ secutus fuerit verba cristi ad vnguem. et ita certum est q̄ omnes tres euangeliste sententiā cristi tenuerunt hic: que erat q̄ per ortum foliorum et fructuum de arboribus agnoscitur estas propinqua. quod tamen aliquis eorum sub eisdem verbis sententiā hanc conciperet sub qua xp̄s non differt. ⁊ iō forte neuter aut nullⁿ concepit sic. et si aliquis eorum posuit ad punctum in hoc verba cristi. non differt quis ille fuerit cum sensus nō verbū queratur. ⁊ constet q̄ quilibet euangelistarum sententiā cristi certissime tenuit. Intelligendū autem q̄ non multum erit inter signa et signatum. sic dicit Crisostom⁹ super Mat̄h. ſ. ꝑ quod ostenditur q̄ non multum temporis erit medium: sed statim aduentus cristi occurret. Alij autem intelligunt ō estate ſpirituali. ſ. q̄ sicut quando ficulnea producit folia prope est estas ita post labores precedentes appropinquat iustis felicitas. sic dicit Crisostomus. ſ. per hoc et aliud quidem prenunciat estatem ſpiritualem et tranquilitatem iustis post yemen esse futuram. peccatoribus autem econtrario yemen post estatem. dicit autem origenes super Mat̄h. ficut enī ficus tēpore quidē yemis vitalem virtutem habet in se absconditam. postmodū autem cum virtus ipsa prodire ceperit ad manifestationem pretereunte yeme ex ipsa valitudine eius ramus efficitur tener ⁊ folia producit. sic et mundus et vnusquisq̄z eorum qui saluantur ante cristi aduentum quasi in yeme in se absconsam habent vitalem virtutem. Cristo autem inſpirante fiunt teneri et non duri cordis rami. ⁊ que abscondita erant in eis progrediuntur in folia et manifestos fructus ostendunt. talib⁹ autem prope est estas et aduentus glorie verbi dei. Sed dicendum q̄ ista ad mysticum intellectum pertinent ⁊ nichil innuit in verbis his nisi propinquitas signatorum post aduentum signorum quod et cristus expressit. Alij dicūt q̄ ideo posuit istud exemplum de ficulnea vt signet istaz̄ rem necessario esse venturam. quia sicut res naturales necessario eueniunt ⁊ nō ex arbitrio ipsarum neqz ex aliqua cōtingentia ad vtrumlibz̄ Ita ea quorum significatiua ponuntur naturalia exēpla necessario ⁊ immutabiliter venient. Sic dicit Crisostom⁹ in omelia. scz ꝑpter hoc etiā istud posuit. ſ. de ficulnea vt credere faciat hunc sermonem omnino esse venturum. Ubicunqz enī quod omnino venturum est dicit: naturales necessitates in exemplū inducit. ¶ Querit cum dicatur hic scitote q̄ prope est ⁊ in ianuis est. ⁊ loquit de re signata q̄ statim post signa vētura ē: que sit illa res signata. ¶ Dicendū q̄ non potest dubitari nisi de eis que xp̄us hic tetigit. et sunt duo. ſ. euersio ierusalem et aduentus ad iudicium. et pro quolibet posuit signa precedentia. Est ergo dubium de quo illorū dicat: vel an de vtroqz. Aliqui volunt q̄ intelligatur de euersione ierusalem solum. Alij vero q̄ de solo aduentu ad iudicium. Alij dicunt q̄ intelligatur de aduentu ad iudicium. Primo quia dicitur scitote quia prope est ⁊ in ianuis. ſ. cristus de cuius aduentū ante hoc dicebatur. Secūdo quia dicitur. ſ. cum videritz̄ hec omnia. ſ. omnia signa precedentia. ⁊ tamē omnia signa supra posita non precedent nisi ad diem iudicij. ergo intelligitur de aduentu ad iudicium. Tertio quia Lu. 21. c. istud magis declaratur. ſ. his autem fieri incipientibus respicite ⁊ leuate capita vestra quoniam appropinquat redemptio vestra. ⁊ tamen euersio ierusalem non poterat vocari redemptio apostolorum aut discipulorum. nam non quantū ad animā nam mullum bonum ſpirituale per hoc eis adueniebat. sed potius turbatio ⁊ amaritudo animi pro cōtribulis suis ⁊ natali solo pdito. non quantum ad corpus: quia ante illō tempus omnes apostoli occisi erant preter Johannē ⁊ symonem cananeum. ⁊ illis non fuit aliqua reuelatio a laboribus suis euersa ierusalem. Cum Symon postea occisus fuerit ⁊ iohannes inferuētis olei dolium missus tempore domiciani post euersā ierusalem quē sub tito euersa est. ideo non poterat appropinquare redemptio nisi per aduentū ad iudiciū. ideo de illō intelligit. Quarto quia dicitur. eo. c. Videte ficulneam ⁊c. ⁊ sequitur ita ⁊ vos cum videritis hec fieri scitote quoniam prope est regnum dei. sed in euersione ierusalem non videbatur esse regnum dei neqz appropinquare. quia non pertinebat illa aliquo modo ad regnum dei cum esset res pure temporalis. iō accipietur de aduentu ad iudiciū. nam ibi est regnuz dei quia ex tunc regnabunt omnes sancti cum cristo. ⁊ quādo signa aduentus apparebunt erit prope regnum dei. quia post signa illa non multū tardabit aduentus ad iudicium. ¶ Dicendū q̄ vere de aduētu ad iudicium loquitur hic cristus: ⁊ ad hoc ponitur parabola de ficulnea sicut signant precedentes rationes licet non est inconueniens q̄ de vtroqz intelligatur referendo singula singulis. ſ. q̄ sicut se habent signa iudicij. ad iudiciuz̄ ita se habent signa euersionis ad euersionem. ſ. q̄ sicut post signa iudicij cito erit aduentus ad iudiciuz̄. ita post signa euersionis cito veniet euersio. ⁊ tamē dicendū q̄ proprie hic xp̄us voluit de aduentu ad iudicium dicere ⁊ non de euersione ierusalem. ⁊ ad hoc fuit data parabola de ficulnea. Et ideō hec omnia intelliguntur. i. omnia que imediate dicta sunt de signis precedentibus ad iudicium. ⁊ ita exponitur littera sequens. scitote quia prope est. ſ. aduētus ad iudiciū. ¶ Queritur quomodo sit verum illud. ſ. non ꝑteribit generatio hec donec omnia fiant. ⁊ de qua generatione accipiatur? ¶ Dicendum videtur q̄ ista littera intelligitur de euersione ierusalem ⁊ de generatione illa hominum que erat quando cristus ista loquebatur. ⁊ verū est q̄ non transiuit generatio illa hominum que erat quando xp̄us ista loquebatur. ⁊ verum est q̄ non transiuit generatio illa hominū anteq̄ fierent omnia. quia tam signa precedentia euersionē q̄ ipsa euersio fuerunt ante preteritionem generationis illius. Nam euersio ierusalez

Capitulum

fuit quadraginta annis post mortem dñi quando ista verba dicta sunt. sed manifestum est q plurimi de illis qui viuebant quando ista dicta sunt: vixerunt vsq3 post euersionem ierusalem. ¶Nam ⁊ iobānes apostol⁹ fuit vnus de quatuor apostolis quibus xp̄s dixit hec. ¶Dar. 13. c. Et ipse vixit multo tē pore post euersionem ierusalem. ¶Nam tempore domiciani viuebat ⁊ missus est in dolium olei feruentis. Et post mortem domiciani de exilio reuocatus est. ⁊ tamē ierusalem ante tempora domiciani ⁊ titi qui preceſſit domicianum sub imperio vespasiani euersa est. ⁊ tunc stat littera sine vlla calumnia. ¶Nā accipitur proprie generatio hec. ſ. pro illa que tunc erat. ⁊ etiam notificatur ⁊ impus. ⁊ ostenditur breuitas temporis vsq3 ad complementum rei huius. Et vere intelligitur littera ista de euersione ierusalem. licet precedens intelligatur de aduentu ad iudicium. ⁊ non est incōueniens q̄ fiat iste transitus. supra enī dixerat de signis precedentibus euersionem ierusalē: ⁊ postea de signis precedentibus aduentum ad iudicium. ⁊ iā non erat plura de his dicturus. Sed quoniam euersio ierusalem erat ꝓpinquior quā aduentus ad iudicium reddit ad dicendum de illa vt ostēderet q̄ breue tempus restabat vsq3 ad illam. ⁊ ait non preteribit generatio hec. i. ante q̄ moriantur omnes qui nunc viuunt euertetur ierusalem. Et multi de viuentibus nunc videbunt eam euersam. īmo⁊ qui nunc viuūt euertent eam. ¶Nam vespasianus qui fuit prim⁹ princeps romanoꝝ in bello iudaico. senex erat quādo pugnabat vt ait Josephus. 4. li. de bello iudaico. Et ita necesse esset eum natum esse: cum cristus hec dixit. que dicta sunt quadragīta annis solum ante euersionē ierusalem. Et verum est q̄ īmediate precedentia non dicebantur de euersione ierusalem: sed de aduentu ad iudicium. ⁊ tamen xp̄s hic transiuit ad dicendum de euersione ierusalem. quia de illa poterat magis certificari quā de aduentu ad iudicium. ⁊ quia illud propinquum erat ⁊ iudicium multū distabat. Siquis tamen tenere voluerit q̄ intelligatur de signis precedentibus iudiciuꝝ: ⁊ q̄ generatio ista que non transitura est sit ecclesia que est generatio fideliū: non resistimus. ⁊ tunc poterit dici q̄ ideo xp̄s dixit hoc vt cōfortaret discipulos. timebant enī illi q̄ doctrina quā xp̄s dederat pauco tempore duraret eo q̄ multi aduersabantur ei: ipse vero ostendit q̄ multum durabit. quia pri⁹ accident omnia que dicta sunt supra: tam de euersione ierusalem q̄ de aduentu ad iudiciuꝝ: q̄ desinat esse gens que cristum collat ⁊ teneat doctrinam eius. ⁊ ad hoc ꝑderat ista designatio temporis incerti. Sic dicit Crisō. in omelia. ſ. ex hoc autem ostendit q̄ ierusalem peribit: ⁊ amplior pars iudeoꝝ destruetur. generationem autē fideliū nulla superabit temptatio. sic etiā theophilus dicit. ¶Non transibit generatio hec. ſ. cristianoꝝ donec omnia fiant que circa ierusalem ⁊ aduentuꝝ anti xp̄i dicta sūt. non enim dicit generationē apostoloꝝ: quia maior pars eoꝝ non peruenit vsq3 ad consumationē ierusalem. dicit autez de generatione xp̄ianoꝝ volens discipulos consolari ne crederent q̄ in illis temporibus fides deficeret. prius enī elemēta īmobilia defficient q̄ verba cristi. verum tamē littera magis conuenit ad euersionem ierusalem sicut exposuim⁹ ⁊ ita tenendum est. ¶Dixit autem xp̄us: amen dico vobis. quod est modus iurandi ⁊ affirmandi ad confirmandū id quod dicebat. quia quomodocūq3 intelligatur hoc magnū erat: ⁊ res magna egebat confirmatione vt credibilior esset. sic dicit beda. ſ. multū comendat quod ita pronunciat. ⁊ si dicere fas est iuratio eius est quod dicit: amen dico vobis. aliquādo quippe interpretatur verū. igitur veritas dicit verum dico vobis
D.°.122. quod si non diceret mentiri omnino nō posset. ¶Queritur quomodo est verum q̄ dicitur celum ⁊ terra transibunt verba autem mea non preteribunt? ¶Dicenduz q̄ est sensus q̄ licet celum ⁊ terra nunq̄ transitura sunt. tamē verba xp̄i habent maiorem firmitatem ex se ipsis ad manendum q̄ celum et terra. ¶Nam celum ⁊ terra ex sua natura nō subsistūt in eternum: sed ex deo. verba autē xp̄i in quantū xp̄i necesse est vera esse. sic dicit ¶Hylarius sup matħ. celum ⁊ terra ex conditione sue creationis nichil habent necessitatis in se vt nō sint. verba autem cristi ex eternitate deducta id in se continent virtutis vt maneant. Et grego. in omelia ait celum ⁊ terra transibūt. q. d. omne quod apud vos durabile est sine mutatione: durabile ad eternitatem non est. ⁊ omne quod apud me transire cernitur: fixuz ⁊ sine transitu tenetur. quia sine mutabilitate manentes sententias exprimit sermo meus qui transit. Sed dicēdum q̄ adhuc alius ⁊ planior est sensus. ſ. licet celum ⁊ terra non transeant. facilius tamen est eos transire et corrumpi q̄ verbum meum transire. i. falsum esse. Sic dicit Jero. super matħ. ſ. celum ⁊ terra ⁊c. ac si dicat facilius est fixa ⁊ īmobilia destrui q̄ sermonū meorum aliquid excidere. sic etiā dicit q. d. ⁊ si cuncta cōmoueantur: fides tamē mea non defficiet: et iste est verus sensus: sic enim dixit xp̄s. Lu. 15. facilius est celum ⁊ terrā transire q̄ de lege vnum apicem cadere. sed Crisosto. dicit elementa mundi in medio aducit ostendens quoniam pretiosior est ecclia: celo ⁊ terra simul etiā. ⁊ hinc conditorem omnium se nominat. ⁊ tamen nō est illa causa cū non agat hic de pretiositate: sed de īmobilitate. sic dicit Jeronymus facilius est fixa ⁊ īmobilia destrui q̄ sermonum meorum aliq̄d excidere. ⌊De die autem illa ⌋. in precedentibus positū est de signis precedentibus iudicium. hic agitur de ipla die in qua erit iudicium. ⁊ dicitur. ⌊De die autē illa ⌋. ſ. in qua fiet iudicium: quia non fiet in multis diebus: sed in vno. īmo in pua parte vnius diei. ⌊¶Nemo scit ⌋. i. nullus homo scit neq3 sciet. ⌊¶Neq3 angeli celoꝝ ⌋. verisimilius erat q̄ angeli scirēt q̄ homines. sed afferitur q̄ neq3 angeli sciunt de hoc. ⌊¶Nisi pater solus ⌋. i. nemo habet noticiam de die illo nisi pater qui deus est ⁊ tota trinitas que est vnus deus. nulla autez creatura aliquid de hoc nouit. ⌊Sicē enim erant ⌋. ostendit q̄ dies iudicij veniet inopinate ad omnes homines: quia omnes erunt securi quando veniet dies illa. ⁊ ponitur exemplum de periculo diluuij. ⌊In diebus noe ⌋. ſ. quando ille viuebat. ⌊Ita erit aduentus filij hominis ⌋. i. sicut tunc venit dies diluuij īopinatis hominibus ita ⁊ xp̄s ad iudicium veniet tunc quando nō sperabitur. ⌊Sicut enim erant in dieb⁹ ante diluuiū ⌋. scilicet in proximis diebus ante illud. ſ. quia homines securi erant. ⌊Comedentes ⁊ bibētes ⌋. i. gaudebant ⁊ vacabāt omni voluptati vel vt nullum malum timentes aut suspicantes. ⌊Et nuptui tradentes ⌋. i. filias tradētes ad nuptias. sed luc. 17. c. ponitur vtrunq3. ſ. vxores ducebant ⁊ dabant ad nuptias. ⌊Usq3 ad eum diem quo introiuit noe in archam ⌋. ſ. illo die cessauerunt comedere ⁊ bibere ⁊ voluptati vacare. ¶Nam ea die venit aqua: ⁊ perierunt omnes vel saltem ab illa die fuerunt soliciti cessantes a voluptatibus. ⌊Et nō cognouerūt ⌋ scz q̄ diluuium venturum esset. ⌊Donec venit diluuium ⌋. id est illa aquarum excessiua abundantia. ⌊Et tulit omnes ⌋. scz perierunt omnes qui non erant in archa. ⌊Ita erit aduentus filij hominis ⌋. ſ. omnibus inopinatus ⁊ multi peribunt vacantes iniquitatibus suis. tunc. ſ. in illo die iudicij. ⌊Duo erunt in agro ⌋. ponitur quomodo ex eo q̄ dies illa eueniet subito ⁊ inopinatis hominibus multi peribunt. et licet homines sint simul non erit eis idem exitus. sed aliqui malum. alij bonum habebunt. ⁊ ita erit de duobus existētibus in agro quia non erit idem exitus amboꝝ. ⌊Unus assumetur ⌋. ſ. ad vitam eternam. ⌊Et vnus relinquetur ⌋. i. ⁊ ali⁹ relinquetur ad penam. ⌊Due autem molentes in mola ⌋. ponūtur alia exempla similia quantū ad omnes occupationes in quib⁹ taz viri quā femine vacabūt. ⁊ est vna molere ad molam. ſ. q̄ manu mouetur. ⁊ erunt ibi due mulieres ⁊ non habebunt eundē sed disparem exitum. licet simil sint. ⌊Una assumet ⌋. ſ. ad gloriam de illis. ⌊Et alia relinquetur ⌋. ſ. ad penam. ⌊Duo in lecto ⌋. i. accidet q̄ illo tempore erūt duo homines in lecto dormientes ⁊ diuersum finem habebunt. ⌊Unus assumet ⌋. ſ. ad

beatitudinem.alius relinquetur.s.ad gehennam. ¶Queritur de quo intelligatur ista littera: ¶Alīq dicunt q̄ de euersione ierusalem.alij vero q̄ de die iudicij.ꝛ ratio est q̄ de solis duobus bis dictum erat supra.ideo oportet intelligi de altero istorum. Dicunt autem intelligi de euersione ierusalem. illa enim destruenda erat ꝛ signa precedere debebant ad euersionem per que de euersione posset cogitari. dies tamen certa euersionis sciri non poterat. Alij autem dicunt q̄ intelligitur de die iudicij: ad quā etiam signa precedere debebant: sed non erat certum qua die illud iudicium fieret. ꝛ de hoc potius exponendum est q̄ de euersione ierusalem. Et patet primo quia omnes exponunt de hoc ꝛ nemo de euersione ierusalem. Secundo quia dicitur nemo scit neq; angeli celorū nisi pater solus. ꝛ sic videtur facere istam rē valde caram vt omnes timeant.tamē quantū ad euersionem ierusalem non erat periculum ex euersione nisi eis qui in vrbe erant. ideo de iudicio intelligitur in quo ommb⁹ periculum esse potest. Tertio quia dicitur q̄ erit in die illa sicut in diebus noe quia non cognouerunt homines aliquid vsq; ad diem qua intrauit noe in archam: ꝛ diluuium venit ꝛ perdidit omnes: ꝛ vsq; ad diē illum nemo aliquid mali suspicabatur.sed de euersione ierusalem non fuit sic quia post̄ inclusi ceperunt pati famen ꝛ pestem ꝛ quotidie moriebantur innumerabiles viderunt nō posse vrbem defendi: et petiuerunt veniam a romanis: sed nō obtinuerunt. vt ait iosephus.li.6. De bello iudaico ꝛ egesipp⁹ li.4.cronicarum suarum.et occultauerunt se principes in clocacis ꝛ intrauerunt romani in interiora templi ꝛ ceperunt eos quos viuos inuenerunt.s.duos duces. Johannē ꝛ Symonem.ꝛ ita ibi non erant inopinati de euersione sed iam timebant illam :imo quasi certam habebant. Quarto quia dicitur q̄ sicut in diebus noe erant homines comedentes ꝛ bibentes ꝛ nuptui tradentes;ita esset tunc.sed manifestum est q̄ non fuit sic ante euersionem ierusalem.quia non comedebant tunc et bibebant:sed potius fame moriebantur. Nam plura quam centum milia hominum fame in ierusalem consumpta sunt: vt iosephus tradit.li.6. De bello iudaico.etiam non dabant filios nuptui: quia nulla voluptas tunc erat sed summa tristicia.de die autem iudicij ista vera sunt quia inopinatus aduenier omnibus hominibus.Et ideo ante illuz erunt homines comedentes ꝛ bibentes quasi nullum malum expectent. Quinto quia dicitur: sic erit aduentus filij hominis .sed aduentus cristi non dicitur proprie euersio ierusalem: sed magz aduentus ad iudicium quando vere ꝛ corporaliter veniet. ergo de illo intelligitur.licet si nichil aliud obstaret posset istud exponi de euersione ierusalem.quia cristus venire dicitur q̄n do aliquid circa nos facit.quia euersio ierusalem erat aliqd quod ab ipso fieri deberet in vindictam scelerum gentis illi⁹. dicetur venire quando euertetur ierusalem. Sexto quia dicitur tunc duo erunt in agro.tempore tamen quo ierusalem euersa est nemo de parentibus fuit in agro sed omnes a multo tempore erant clausi intra muros. Septimo quia dicitur vn⁹ assumetur ꝛ vnus relinquetur in quo innuitur q̄ aliqui liberarentur a malo.alij vero in malum inciderent.ꝛ ita de molentibus ad molam ꝛ iacentibus in lecto.ꝛ tamen in euersiōe ierusalem nemo euasit de eis qui intus capti sunt: q; vel ī mortem vel in seruitutem traditi sūt: vt iosephus ait.6.ꝛ.7.li.de bello iudaico.ergo non potest intelligi de die euersionis. de die autem iudicij vtrunq; potest intelligi. Primum de agro. quia per totum mundum illa die aliqui erunt in vrbibus alij in agris: ſm de euasione ꝛ periculo: quia certum est q̄ morientes omnes in die iudicij non habebunt eundem exitum: qa nec habebunt idem meritum.ideo neq; omnes saluabuntur nec omnes condemnabuntur.ꝛ ita vnus assumetur ꝛ ali⁹ relinquetur. Octauo patet quia infra in littera suadet cristus vigilandum propter incertitudinem huius temporis quod magis apperitur. Mar.13.c.s. videte: vigilate ꝛ orate: nescitis enī quando tempus sit.ꝛ istud vigilare ad omnes dicitur .e.c.s. quod autem vobis dico omnibus dico: vigilate.ꝛ tamen per euersionem ierusalem non erat omnibus vigilandum, sed illis solis ad quos pertinebat.ergo nō intelligitur de illa euersione. Nono quia non solum omnibus non suaderet cristus vigilare pro euersione ierusalem:sed etiam nullis. Nam solis bonis vel qui ad eum pertinere possunt ista suadet.in ierusalem tamen nemo periit de eis qui ad cristum pertinebant.sed ipse admonuit eos recedere tam de ierusalem q̄ de tota regione dato signo.s.tunc qui in iudea sunt fugiant ad mōtes.ideo necesse est de aduentu ad iudicium accipi.quando oportebit homines vigilare ne in malū subito incidāt. ¶Queritur ad qd cristus dixit de die autē illa nemo scit: ¶Dici potest vno modo q̄ fuit ad tollendum dubium quod oritur ex precedentibus. Nam supra posita fuerant signa aduentus ad iudicium et insuper dictum est q̄ illis visis iam cristus prope esset in ianuis.ideo cum videret quis illa signa putaret se scire diem iudicij determinate. Cristus autem tulit hunc errorem dicēs q̄ de die illo nemo scit.ꝛ ideo licet cetera sciant non putent se scire illum diem.maxime quia ipse vult diem illū sicut est ignotus omnibus hominibus. ita ab omnibus putari ignotū vt omnes timeant ꝛ de eo solliciti sint. Secundo dicendum q̄ fuit hoc quedam excusatio cristi.iam enim ex ordine narrationis deuenerat ad hoc vt dicere deberet quando esset dies iudicij.sed hoc dicere non volebat.ideo posuit hoc in excusationem.ꝛ patet hoc :nam duo posuerat hic de quibus quesituz erat.s.euersionem ierusalem ꝛ aduentum ad iudicium. ꝛ pro vtroq; posuerat signa precedentia ex quibus aliqualiter colligeretur quando vtrunq; venturum esset. Et insup q̄ posset quis putare q̄ longo tempore post signa euenirent res signata tam de euersione ierusalem q̄ de aduentu ad iudiciuz dixit q̄ statim vel cito post signa euenirent res signata.ponens ad hoc parabolam de ficulnea vt supra apparet.ꝛ insuper de ierusalem euersione multum certificauerat tam quantum ad signum q̄ signatum dicens q̄ ante q̄ transiret generatio illa euerteretur ierusalem.supererat ergo nunc quantum ad aduentum ad iudicium sic certificare. Et potant supersse duo dubia.vnum erat dato q̄ post signa aduentus cito esset aduentus ad iudicium.nesciebatur tamen istud cito quantū tempus comprehenderet.ꝛ ideo de die illa determinationem scire opus erat quantum distaret a signis precedentibus. Secūdum dubium erat dato q̄ sciretur quot diebus esset futura dies iudicij post finem signorum.tamen nesciebatur quando inciperent signa illa apparere que nondum apparent.ꝛ post̄ apparere ceperint quantum erit inter vnum ꝛ alterum. ideo oportebat ad plenam noticiam adhuc dici de illa die. ꝛ quia cristus hoc cuitare volebat quando ordo narrationis ad hūc locuz venerat: excusauit se de diei determinatione dicens: de die autem illa nemo scit.sic dicit Crisosto.s. cum dixisset dominus omnia que precedunt cristi aduentum.ꝛ ad ipsas ianuas narrationem deduxisset diem tacere voluit.vnde dixit.de die autem illa nemo scit.Tertio fuit ad fugiendum importuna interrogationem discipulorum. Nam cum cristus dixisset iam discipulis omnia signa precedentia aduentum suum. ꝛ q̄ post illam cito esset aduentus restabat diem diffinire. vnde dato q̄ ipse taceret nichil vltra dicens : discipuli illi quererent ab eo determinationem diei. vt autem non quererent de eo quod ipse respondere non intendebat: ne forte per hoc contristarentur quasi non exauditi abstulit eis occasionē querendi dicens :de die illa nemo scit.sic dicit Theophilus.s.volens autem dominus discipulos impedire ab interrogatione illius diei dixit.de die autem illa nemo scit.si enim dixisset scio ꝛ tamen non volo vobis reuelare ipsos non modicum contristasset. ¶Queritur si de die illa cristus certitudinē aliquā dare vellet quomodo daret. ¶Dicendum q̄ ista certificatio dari poterat iuxta exigentiam supra ab eo dictorum.nam vt

Q.° 123

Q.° 124

Q.° 125

dictum est precedēti. q. poterat tripliciter dubitari ad ea que dixerat cristus. dixerat enim q precederent signa ⁊ adiūxit. q statim vel pauco tempore post signa sequeretur aduentus: dubiuz: ergo primū esset quantum tempus esset illud q inf vltimū signum ad iudiciū ⁊ ipsum diem iudicij intercideret. Scōm dubium dato q sciretur quantum tempus esset inter finem signorum precedentiū ⁊ diem iudicij quando inciperēt illa signa. quia nesciebant an incipent vsqz ad duos annos vel vsqz ad quinqz milia. Tertium dubium erat dato q vtrūqz sciretur quantū distaret vnum signū ab alio. Ideo iuxta has dubitationes erat modus certificādi. licet certificatio ad quā libet non erat certificatio simpliciter. Erat autē primus modus certificandi. vt si diceretur q post vltimū signuz vsqz ad duos vel certos annos esset dies iudicij. Nā tunc nō erat certitudo pro apostolis quibus xps loquebaf. tamē p illis quorum tempore fierent signa esset aliqua certitudo. quia cū viderent vltimū signū: iam scirent quantū inde distabat dies iudicij. Scōus modus certificandi erat dicere quantū tempus erat vsqz quo inciperent signa illa. vt si xps diceret signa precedentia iudicium incipient vsqz ad mille vel quingentos annos. Nam ex hoc nō colligebaf certitudo apud homines alicuius temporis de die iudicij. erat tamē aliqualis suspicio qz postq̄ signa inciperēt: nō erat verisimile q longo tēpore tardaret dies iudicij. Et ita erat iste aliquis gradus cognitionis pro quolibet tempore: licet p nullo tempore erat integra cognitio. Tertius modus erat vt diceref quot anni aut dies inter signum ⁊ signū intercideret. ⁊ iste erat aliquis gradus cognitionis. sed mior ceteris. quia pauca suspitio de tēpore iudicij inde colligebaf. Quartus modus certificādi erat determinare simpliciter tempus a die quo xpus loquebaf vsqz ad diem iudicij. vt si diceret ab isto die vsq ad diem iudicij erūt tot anni. ⁊ istud penitus certificabat. sed neqz istud penit⁹ voluit xps eis dicere. vnde nō solū istum modū qui totaliter certificabat sed neqz alios modos minores xps voluit dare hominib⁹: vt semp eos solicitos redderet ⁊ suspectos ꝓpter certitudinē. ¶ Querif quid voluit xps īuere cum dixit de die illa nemo scit: ¶ Dicendū q xps ponit ꝟ excusationē ad hoc q non dicat discipulis determinate diem iudicij ⁊ dicit q nemo scit: ⁊ q etiam angeli nesciunt ⁊ q solus pater scit: ⁊ dicendum q prodest dupliciter ad excusationez. Primo ostendendo q nemo scit. ideo nemo potest declarare vobis. siquis enī nosset: posset declarare sed nemo scit: ideo nullus potest declarare. ⁊ non solū homines sed etiā angeli non possunt reuelare hominib⁹ sicut alia reuelare solēt: eo q ipsi nesciūt hoc. Secundo ostendendo q nō debent grauari discipuli etiam si eis nō reueleī determinate dies iudicij. Nam si esset alicui alij reuelatum possent ipsi cōqueri q eis nō reuelareī. sed nemini reuelatum erat nec etiā angelis. ideo nō habebant causā querelle. ¶ Dicendū q accipiī hic nemo. i. nullus homo. ⁊ intelligiī de puris hominibus. xps enī homo erat ⁊ illud sciebat: se tñ licet filium hominis vocat hominē non vocat. homo tamen est. Etiā dicendū q non solū nemo sciebat die iudicij determinate quādo xps hec loquebaf: sed etiam nemo sciturus erat. quia si alicui aliquādo reuelandū erat. dignū erat. nunc apostolis reuelari. ⁊ tamen non reueleī. ideo presupponiī q neqz aliquādo illud sciturus erat quis anteꝫ fieret. ¶ Querit quomodo poterat stare q angeli celoꝝ nescirent. Nam angeli celorū beati sunt. beati aūt vident deū ⁊ clare. ideo omnia in ipso vident: sicut dixit Greg. in. 4. dialog. Quid est q nō videant qui videntē omnia vident? ¶ Dōm q cum beatitudine stat inequalitas visiōis. Nam licet omnes videtes deū beati sint: tñ alij alijs beatiores sunt ꝑm q deum magis aut minus capiunt. ⁊ ideo nō videf mirū esse q aliquid sit q beatus ignoret. Sz in hoc dicendū vt declaratū est. ꝟ. c. 5. q quicūqz beatus eo q videt deū cognoscit in ipso omnia que esse habent aliquo modo. i. presentia. ꝓterita. ⁊ futura. ⁊ non habent aliquē errorē circa ista. licet quidā clarius deū ꝙ alij nouerint. ⁊ hoc quidē erit post die iudicij quādiu cōsumata erit felicitas cuiuslibet beati ⁊ nichil ei addef. nam cum cognitio ad beatitudinē ptineat ⁊ illa post iudiciū nō crescat: non crescet beatitudo. ⁊ tamē non esset cōsumata beatitudo si aliquid cognoscibile esset quod nō cognoscerent. ideo necesse est q post iudicium quilibet beatus sciat presentia. ꝓterita ⁊ futura. ante diem vero iudicij potest semp augeri beatitudo: ideo non est incōueniens q aliqua sint futura que ignorēt beati. ⁊ quidam plura quā alij ignorabāt. ꝑm q minus beati sunt. sic de angelis dicendū est q post diem iudicij omnia scient: sed nunc aliqua ignorant que postea scient ⁊ inter illa est vnū: ipsa dies iudicij. ¶ Queritur quomō est verū q dicitur nisi pater solus. i. nullus nouit die iudicij nisi solus pater. quia hoc videf esse falsum. Nam tunc filius non sciret neqz spiritus sanctus. ¶ Dicendū q pater scit ⁊ etiā filius ⁊ spiritus sanctus. quia in diuinis omnia essentialia sunt cōmunia tribus psonis. cuz p solas relationes distinguāf persone. ⁊ tamē scientia est de essentialiab⁹. ideo nō potest vna psona scire q alia nesciat. Ad hoc solet responderi q hic non ponitur aliquid incōueniens qz per hoc q dicif solus pater nō excludif filius. qz vt dicunt dictio exclusiua in diuinis addita vni persone respectu termini vel ꝑdicati essentialis: nō excludit aliā psonam. Et ideo excludet solū creaturā que nō est deus ⁊ nō cōmunicat cum aliqua diuina psona in essentialibus. ¶ Sed dicendū q hoc nō est ꝓ prie dictū nam retinet illa exclusiua vim suam. ⁊ ideo oportet q excludat omnia alia a supposito illo. sed filiꝰ ⁊ spiritus sanctus distinguūf supposito a patre: ideo excludunf de virtute sermonis in ista ꝓportione. Sed est sensus q ad hoc q oratio exclusiua sit vera in qua additur termino psonali dictio exclusiua respectu predicati essentialis: non debet excludere psonam aliquā diuinā sed solā creaturā. tenendo nāqz in viribus suis erit falsa ꝓpositio si excludat psonas respectu talis predicati. motiuū autē eorum fundaf in hoc loco. Nam certum est istam orationē esse verā que est dicta a xpo. ⁊ tamen si illa dictio exclusiua solus: excludat filiū ⁊ spiritū sanctū est falsa propositio ideo dicunt q nō excludit. ¶ Sed dicendū q falsum est īmo solus tenetur hic exclusiue quia excludit omne aliud. ⁊ non solū aliud in natura īmo ⁊ aliud in supposito ab eo qō signaf per hoc nomen pater. ⁊ patet quia xps excludere se voluit. ⁊ si dicas nō exclusum filiū nō cōcordas intentioni xpi: qa ipse dixit. Mar. 13. c. de die illa nemo scit: neqz angeli celorum neqz filius nisi pater. constat autē xpm dixisse illud nunc quando ista loquebaf licet illud tacuerit ¶ Mathe⁹. ergo expresse se ipsum excludit. Et consequēter exclusio fit: etiā respectu predicati essentialis ⁊ stat ꝓprie dictio exclusiua. Sz tūc dicetur quomodo est verū q solus pater nouit hoc? ¶ Dicendū q filius ⁊ spiritus sanctus istud sciunt: nec excludit xps suppositum aliquod diuinū. eo q terminus ille pater. nō teneī personaliter sed essentialiter. ⁊ tūc potest stare ꝑ tota essentia diuina. sic accepit xps. ꝟ. 6. c. Cū dixit pater noster qui es in celis. Nam manifestū est q ibi non accepit pro sola persona patris. Nam nō oramus ad eū solū: sed ad solas omnes tres psonas que sunt vnus deus. etiā aliquādo ⁊ hoc modo accipiī interdum pater ꝑ aliqua vna persona in diuinis que nō est pater. ita enī cantamus in ecclesia: o pater sanctissime qui mundū redemisti tuo fuso sanguine. manifestū est q hic est ꝑ sola psona filij. quia solus filius redemit fundendo sanguinē. ⁊ tamē vocatur pater eo modo quo omnes psone simul vocanf pater noster. ⁊ tunc verū est q quicquid sit quod nō est pater qui ꝟ signatur excludif. sed sola creatura est que est non pater. si autem alio aliquo modo hoc intelligi potest dicef sequētib⁹. q. ¶ Querif cum ¶ Mar. 13. c. dicaf q de illa die nemo scit neqz angeli celorum neqz filius nisi pater quomō possit hoc stare? ¶ Dicendū q cristus hoc sciebat sicut cetera futura dixit tamen se nescire: quia ad reuelandū nō sciebat. s. quia ita taceret

Q°. 126

Q°. 127

Q°. 128

verbum illud ac si nesciret ⁊ ideo reuelare non posset. sic dicit Hylarius. ignoratio ergo eius est ꝑm q̄ thesauri in eo latēt. In omnibus ergo que deus ignorare se loquit̄ ignoratione non detinetur. sed aut tempus est non loquendi: aut dispensatio est non agendi. sic autem tunc cognouisse deus dicitur q̄ abraam eum amauerit cum hoc non celauit abrae. Sic etiaz dicit Jeronymus igitur quia probamus non ignorare filiuz dei consūmationis diem: causa reddenda est cur ignorare dicatur. post resurrectionē quidem interrogatus ab apostolis de hac die manifestius respondit: non est vestrum scire tempora ⁊ momenta que pater posuit in sua potestate. In quo ostendit q̄ ipse sciat: sed non expediat nosse apostolis. vt semp incerti de aduētu iudicis sic quotidie viuant: quasi die illa iudicā dī sint. Sic etiam dicit Augu. ꝓmo. li. ō trinitate. quod dicit nescit. intelligendum est nescientes facit. i. q̄ non ita sciebat vt tunc discipulis indicaret. sicut dictum est ad abraam: nūc cognoui quia timeas deum. i. nunc feci q̄ cognosceres: quia et ipse sibi in illa temptatione innotuit. Et ita xp̄s sciebat quidē non tamen ad reuelandū. ⁊ quia discipuli non querebant sciētiam eius de illa die nisi ad hoc q̄ eis reuelaret dixit se nescire quia vere ad illud nesciebat. i. ita se habebat ac si nesciret. Et licet xp̄s hoc modo intellexit quando dixit: quia ipse non intēdebat negare veritatem. ⁊ tamen illi non intellexerunt sic: sed q̄ vere xp̄s nesciebat nunc illud: sed apud solum patrē erat noticia huius. ⁊ licet xp̄s illud quod dictum est intenderet: volebat tamen q̄ discipuli ꝓ nunc aliter caperent verbuz: quia ita expediebat. ⁊ ita intellexerunt. ⁊ verum est q̄ errabāt. ⁊ tamen non erat hoc inconueniens. vel saltem non erat mirū: qa multa huiusmodi errabant nō intelligentes. Et non solum ea que loquebatur non intelligebant: sed etiam circa ipsum errabant: quia non cognoscebant eum. sic patet Joh. 14. c. Quā do philippus petiuit a xp̄o q̄ ostenderet eis patrem: ⁊ xp̄s dixit. tanto tempore vobiscum sum ⁊ non me cognouistis; philippe qui videt me videt ⁊ patrem meū. sicut enim non credebant eum cōsubstantialem patri: quia alīs scirent eum in patre ⁊ patrem in eo. ita nesciebant eum scire omnia que pater sciebat. ⁊ sic poterant credere q̄ xp̄s nesciebat ō die iudicij. pater autem sciebat. Et verum est q̄ xp̄s in hoc dabat eis occasionem sic intelligendi. in qua intellectione errabant. ⁊ tamen nō errabant damnabiliter. s. q̄ non peccabant in isto errore cū nō esset adhuc eis plene declarata veritas fidei. ⁊ sic quicquid intelligerent: dum tñ non pertinaciter: sed subicientes se emendationi xp̄i non erat peccatum. Et ideo dicendū q̄ interdū deus est auctor erroris. sed nō erroris in quo quis peccat. sicut ipse facit aliquos errare in via pedū: sed neminē in via morū. ⁊ quia hic non peccabant errando nō est incōueniens q̄ huius
Q.°.130 erroris occasionē xp̄s daret. ¶ Queritur cum xp̄s ab ista cognitione excluserit homines ⁊ angelos ⁊ seipm. quare non exclusit spiritū sanctū. ⁊ an exclusit eū. ¶ Aliqui dicūt q̄ exclusit spiritū sanctū. quia dicitur hic: de die illa nemo scit nec angeli: nisi solus pater. ergo etiam spiritus sanctus nescit. quia non est suppositum patris nec pater. Alij dicunt q̄ nō excluditur: quia si excluderet exprimeretur. sicut filiꝰ qui exprimit zDar. 13. c. s. nec filius. ⁊ tamen non exprimit spiritus sanctus apud matheū neq̄ apud marcū. ergo non excludit. ¶ Dōm q̄ vere spiritus sanctus excludit ex rigore sermonis. Et etiā quantū ad intentionē xp̄i. voluit enim eum sic exclusum esse sicut seipm exclusit. ⁊ patet quia dicit nemo nouit nisi solus pater. sed spiritus sanctus nō est pater. ergo īnuit q̄ ipse nesciebat hoc. Est etiam dicendū q̄ debebat excludi: nam si non excluderetur cum excludat filius: signaretur q̄ erat spiritus sanctus maior filio. quod est incōueniens: nam xp̄s qui a patre ꝓcedebat: signabat se esse minorē patre cum ait: vado ad patrē quia pater maior me est. Joh. 14. c. Et ideo poterat attribuere aliquā pfectionē patri quā non attribueret sibi. vñ posset īnui q̄ pater aliqua sciebat que nō sciebat filius. licet verū est q̄ illa minoritas erat quantū ad humanitatē ⁊ nō quantū ad deitatem. ⁊ sic pater non poterat aliquid scire quod filius nesciret. tamē eo mō quo ītelligebāt apostoli illo tempore cū audirent q̄ xp̄s erat minor patre. poterāt credere aliquā eē pfectionem patris que nō esset filij. sed de spiritu sancto non erat sic: quia nō dicebat xp̄s se minorē spiritu sancto. imo spiritum sanctum ab ipso ꝓcedere. Joh. 16. c. in quo potiꝰ poterat credi spiritus sanctus esse minor xp̄o. potissime quia dicit ibi q̄ spiritus sanctus accipiet a xp̄o id quod est. ⁊ ideo clarificabit eū. iō nō debuit manere spūs sctūs inclusus sz exclusus ne putaretur maior esse xp̄o: quod ipse nō cōcedebat. ¶ Sed que- Q.° .131
retur cū spiritus sanctus fuerit exclusus. quare nō fuit expresse exclusus sicut filius de quo dicit. zDar. 13. c. Neq̄ filius. s. scit: ¶ Dicendū. s. q̄ nō expssus fuit spiritus sanctus. qr non fuit necesse exprimi. ⁊ tamē sine necessitate exprimendus non erat. sicut enī in locutionibus dicimꝰ. q̄ figurate locutiones sunt impropie. ⁊ ideo euitāde sunt nisi ex necessitate. ita dicere filium nescire diem iudicij ⁊ spiritū sanctū: falsum erat: nisi sub aliquo sensu occulto ⁊ quasi extorto. de filio autē necesse erat dici: ideo tollerat. de spiritu sancto nō erat aliqua necessitas hoc dicēdi: iō nō dictū est. de filio causa est: quia si nō diceret se nescire semper peterēt ab eo discipuli de die illo. ⁊ si diceret eis q̄ nō expediebat eis scire: tanto magis cuperent scire quasi aliquid valde magnū esset. vnde si nō diceret eis: tristarentur. quod nō decuit nūc quādo xp̄s corporaliter recessurꝰ erat ab eis per mortē. neq̄ sup afflictionē futurā aliam nunc premitteret. potissime qr aīos illorum alienaret ab illo quasi nollet eis reuelare que petebant. ideo cōuenientius fuit q̄ diceret se nescire eo modo quo expositū est supra: q̄ꝑ q̄ diceret se scire ⁊ non reuelaret. de spiritu sancto nō erat eadem causa. qr siue sciret siue nesciret nō pertinebat ad discipulos. qr nō erat presens cū eis vt ab eo possent querere sicut a xp̄o querebāt. nam pater scire dicebat. sed qr nō erat presens ꝑm corporalez presentiā nō querebant ab eo. sed potius petebāt a xp̄o q̄ illum eis ostenderet sicut philippus petiuit. Joh. 14. c. iō nō oportuit exprimi q̄ etiā nesciret spiritus sanctus. ¶ Queritꝰ Q.° .132
quare cū dixit xp̄s se nescire diem iudicij dixit q̄ pater illum sciebat. ¶ Dicendū q̄ fuit primo ad tollendū incōueniēs. nā si ipse nesciret ⁊ pater nesciret poneret aliquid scibile qō deus nesciret: ⁊ hoc est magna absurditas. Secō quia si pater nesciret: nō solū nō sciret nūc dies iudicij: sed etiā nūq̄ sciri posset. nam dato q̄ filius nesciret nūc: poterat postea a patre scire. iuxt a modū loquendi suū. Nam dicit doctrina mea non est mea. sed eius qui misit me. Joh. 6. c. ⁊ Joh. 5. c. dicit: filius nō pōt aliquid facere nisi qō viderit patrē facientē. pater enim diligit filiū ⁊ omnia demōstrat ei que ipse facit: ⁊ maiora his mōstrabit ei opera. ita vt vos miremini. Et de spiritu sancto similit loquit̄. Joh. 16. c. s. cū venerit spiritus veritatis docebit vos omnē veritatē. nō enim loquit̄ a semetipso: sed quecūq̄ audiet loquet̄. ⁊ ideo licet spiritus sanctus poneret nescire posset: audire a patre ⁊ filio iuxta modū loquendi xp̄i ⁊ intelligendi apl̄oꝝ. sed si pater ignoraret nō erat a quo acciperet doctrinā qr ipse a nullo est. ideo debuit poni q̄ pater illud sciebat. Tertio necesse fuit hoc poni ꝓpter reuelationē aliquādo futurā. Nam xp̄s erat venturꝰ in die illa ad iudicādū in ptāte magna ⁊ maiestate vt dicit. ś. in littera. Et ideo oportebat q̄ anteq̄ veniret ad iudicandū sciret in qua die venturꝰ esset. ⁊ si nunq̄ sciret nunq̄ veniret. Sed venturus erat: ergo oportebat q̄ sciret. ⁊ sic oportebat aliquez esse a quo sciret. ille aūt nō erat homo neq̄ angelus: qr nesciebāt vt in lra dicit. ergo deꝰ esset ⁊ ita nullus nisi pater: nā a solo patre est filiꝰ: ideo ab eo solo scire poterat. ⁊ sic oportuit expresse poni q̄ pater illud sciret. Quarto fuit ad saluandū qō dixit. s. filiū nescire. Nā hoc falsum erat nisi intelligēdo q̄ nesciebat ad reuelandū sicut expositū est supra. Iz sic nō intellexerūt apli. Cū aūt dicit q̄ pater sciebat ⁊ scimꝰ q̄ pater ⁊ filius sunt eiusdē substātie: necesse est

q̄ id quod scit pater sciat filius. Et ita q̄ filius dixerit se nescire. scz ad reuelandum. Si autem diceretur q̄ etiam pater nesciebat aut non exprimeretur q̄ sciebat: putaretur q̄ vere hoc erat ab eis nescitum. ⁊ ita iam nō inueniretur medium ad probandum q̄ filius illud sciebat. Quinto fuit quia nulla necessitas erat dicendi contrarium. Nam dicendo q̄ pater sciebat non erat inconueniens sicut dicendo q̄ filius sciebat. Nā si filius diceret se scire quererent ab eo et contristarentur nisi responderet vt dictum est precedenti questione. et tamen dato q̄ pater sciret non erat inconueniens: quia ab eo non poterant querere cum non viderent illum sed peterent sibi ostendi. Sexto dictum est ad tacite ostendendum quomodo intelligitur q̄ filius nescit. nam non intelligitur q̄ nullo modo scit sed q̄ non scit ad reuelandum. pater autem scire dicitur quia absolute scit et etiam scit ad reuelandum: nō alijs sed filio. sic dicit Hylarius necesse est ⁊ vt pater diem ob id scire dicatur: quia non celauerit filio. si itaq; diem filius nescit sacramētum est vt taceat. econtrario pater solus ostenditur scire: quia non taceat. sed Augu. dicit patrem dici scire. vt per hoc ostendatur filius scire qui est in patre: cum ait in libro de verbis domini. scz q̄ autem dicit patrem scire: ideo dixit quia in patre ⁊ filius sit. quid enim est in die quod non est in verbo factum

Q.° 133 sit per quod factus est dies. ¶ Querit quare dicit q̄ solus pater scit de die illo. ¶ Dicendum q̄ sicut fuit conueniens dici q̄ pater sciret. vt dictum est precedēti questione. ita fuit cōueniēs q̄ dicatur solus pater scire ⁊ hoc: quia dixit cristus q̄ ipse nesciebat. Actor. 13. c. Si autem aliquis alius scire diceretur ostenderetur q̄ ille maior esset cristo. sed hoc ipse nolebat credi. de patre quidem ipse dixerat pater maior me est. Joh. 14. c. Sed de nullo alio hoc concessit imo dixit se esse maiorem omnibus alijs preter patrem. Cum dicitur. Joh. 10. c. quod michi dedit pater maius omnibus est. ideo non debuit dici q̄ aliquis alius sciret. imo expresse debuerūt omnes alij excludi per hoc q̄ diceretur solus pater scire: vt apparet manifeste q̄ nullus erat maior filio preter patrē. Secūdo vt nō declinarent apostoli a cristo putantes aliuz esse maiorem aut meliorem ⁊ a quo dubitatiōis huius solutionem habere possent. nunc vo cū nullum meliorē inuenirent ad nullum ibant. sic dicitur Joh. 6. c. cū quidam discipuli recesserunt a cristo: ⁊ ipse dixit ad duodecim nunq̄ ⁊ vos vultis abire. ⁊ dixit petrus nomine omnium: domine ad quem ibimus: verba enim vite eterne habes. Sed dicetur cum cristus diceret patrem se maiorem ⁊ illum scire. se vero non. cur non relinquebant illum vt patrem quererent ⁊ ab illo hec scirent. ¶ Dicendū q̄ verum est q̄ illi desiderabant patrem videre propter excellentias multas quas xps de eo predicabat. dicens q̄ ipse nō poterat quicq̄ a se loqui: vel facere nisi quod videret patrem facientem ⁊ loquentem. ⁊ q̄ adhuc multa magna ei daturus erat. Joh. 5. ⁊ q̄ doctrina sua non erat sua: sed patris sui qui eum miserat. Joh. 7. c. ⁊ q̄ ipse non querebat gloriam suam sed patris. Joh. 8. ⁊ quod id quod ei pater dederat mai⁹ omnibus erat. Joh. 10. c. ⁊ cum lazarum suscitauit ad patrem oravit vt eum clarificaret ⁊ exaudiret. Joh. 11. etiam dicit patrem esse maiorem. Joh. 14. c. Propter hec autem ⁊ similia discipuli desiderabant valde videre hunc patrem: ita vt diceret philippus cristo: domine ostende nobis patrem ⁊ sufficit. nobis. Joban. 14. Ex quo apparet q̄ si ipsi scirent ire ad patrem iussent: sed nesciebant quia ille erat inuisibilis. ideo a cristo petebant vt illum eis ostenderet. Secundo quia cristus non concederet quemq̄ alium se maiorem: quia esset inconueniens. dicere autem patrem se maiorem eo modo quo ipse discipulis loquebatur non erat inconueniens. Nam cum quesiuit philippus vt ostenderetur ei pater. ait cristus philippe qui videt me videt ⁊ patrem meum: quia ego in patre ⁊ pater in me est. ⁊ ita tacite innuebat eiusdem nature numero esse patrem ⁊ filium cum ijs qui videt vnum videret alterum: ⁊ ita eiusdem vere perfectionis esse. licet in aliquo sensu diceret xps se minorē patre. s. q̄tum ad humanitatē. Etiam dicebat q̄ omnia que patris erant sua erant. imo q̄ ipse ⁊ pater vnum erant. Joh. 10. c. ⁊ q̄ quecunq; pater fecerit filiꝰ similiter facit. Joh. 5. Et ideo etiā si filius nō sciret nunc. poterat statim scire a patre. ⁊ sic nō putarent inconueniens esse discipuli pro nunc q̄ pater esset maior xpo. quia quādo ipse veniret in gloriam regni sui poterat esse equalis patri. sicut ipse dixit filius hominis venturus est in gloria patris sui. S. 16. c. si aūt aliquis alius sciret ⁊ non cristus ille appareret maior ⁊ ab illo cristus non sciret. neq; esset aliquis modus quo veniret cristus ad equalitatem illius sicut ad equalitatem patris. ideo nō cōcessit de aliquo q̄ sciret diem illum nisi pater. Tertio non concessit hoc. i. scire diem iudicij de aliquo alio. licet de spiritu sancto concedi poterat: quia vere sciebat. quia de seipso dixerat q̄ nesciebat diem illum. ideo de nullo ponere deberet q̄ sciret vt nemo videretur maior eo. nisi q̄ necesse est remanere scientiam huius in aliquo. vt dictum est supra precedenti. q. ⁊ quia satis erat ponere vnum in quo remaneret scientia ista. nō debuit ponere q̄ sciret hoc nisi pater. ¶ Sed dicetur cū sufficeret poni vnum in quo remaneret scientia ista quare pater positus fuit potius q̄ spiritus sanctus. ¶ Dicendum q̄ filius non potuit poni scire propter causas dictas supra. Nam non finerent eum quietum quousq; reuelaret si diceret se scire. ipse enim debuit dicere q̄ nesciebat: sed de patre aut spiritu sancto poterat dici q̄ sciebat: quia neutrum eorum poterant discipuli consulere super hac re: cum essent inuisibiles. Et tamen dicendum q̄ non debuit dici q̄ solus spiritus sanctus sciebat. Primo quia tunc poneretur filius minor spiritu sancto quātum ad id quod videbatur discipulis. ⁊ hoc erat inconueniens. Nam filium esse minorem patre: non videbatur inconueniens. quia hoc cristus confitebatur. Joh. 14. c. sed filium esse minorem spiritu sancto nō cōfitebatur sed potiꝰ videret q̄ esset filius maior spiritu sancto inquātum spiritꝰ sanctus a filio p̄cedit. Secundo quia si spiritus sanctus poneret solus scire cum filius nesciret: oportebat q̄ filius acciperet a spiritu sancto. sed hoc nō stat: quia potius accipit spiritus sanctus a filio: cum procedit ab eo. sic dicitur Johannis. 16. cap. Non enim a seipso loquetur. scilicet spiritus sanctus. sed quecunq; audiet loquetur. omnia quecūq; pater habet mea sunt propterea dixi vobis q̄ de meo accipiet ⁊ annunciabit vobis Et ideo non poterat ipse dare filio hanc cognitionem: sed potius filius ei. Tertio: quia non solum spiritus sanctꝰ esset maior filio: sed etiam esset maior patre: cum ipse sciret ⁊ non pater. hoc autē absurdius est: nā cum pater a nullo sit: ⁊ filius ⁊ spiritus sanctus sint a patre: facilius erat concedi filium esse minorem spiritu sancto: q̄ patrem esse minorem spiritu sancto. Quarto: quia cuz pater non sciret: nunq̄ posset scire: qz non accipit aliquid a spiritu sancto: sz potius econtrario. Cū aūt dicaṫ q̄ solus pr̄ sciret quasi nesciret spiritus sctūs: nō videbatur sequi aliqō inconuenientiū horum. nā si nō sciret poterat a patre scire: quia ab eo p̄cedit. ⁊ ita dicitur Joh. 16. non enim a seipso loquetur: sed quecunq; audiet loquetur. sicut filiꝰ sz nesciret a pr̄e poterat accipe. Scō: qz sz in hoc spiritꝰ sanctus patre minor esse videret. quia sicut filius a patre natus se minorē patre dicit. ita spiritus sanctus a patre p̄cedens poterat dici minor patre. ⁊ nō erat inconueniēs in cōspectu discipulorꝫ: licet in veritate nō sit minor. inconuenienter ergo dictum est q̄ solus pater hoc sciebat ⁊ nō debuit dici de spiritu sancto. ¶ Queritur quomodo ista faciebant ad propositum Q.° 135
cristi. ¶ Dicendū q̄ cristus cū dixisset aliqua signa p̄cedētia ad diem iudicij. ⁊ ordo poscebat vt diem ipsum iudicij designaret quod non decebat: voluit se excusare. Et quia non potuit alio modo nisi dicendo se nescire vt dictum est supra. dixit se nescire: vt non molesti essent ei discipuli querēdo ab eo semper. Ad hoc tamen vt deus nō videretur omnino istud igno

rans: ⁊ vt esset aliquis qui filio reuelaret ⁊ per quē scire posset: cuz oporteret illud scire anteq̄ veniret ad iudicandum debuit dici q̄ aliqnis illud sciebat: ⁊ dixit q̄ illud sciebat pater solus. Et tunc non sequebatur incoueniens: quia a patre non poterunt discipuli querere cum esset inuisibilis. ⁊ sic cessarent statim querere. ℳodum enim istum habet christus quā do vult aliquid occultare. dicit enim illud a patre solo sciri. sic cum christo ascendere volente in celum quidam quererent ab eo. domine si in tempore hoc restitues regnum israel. dixit non est vestrum nosse tempora ⁊ momenta que pater posuit in sua potestate. idest ad patrem solum hoc pertinet: quia ille sibi hoc reseruauit. ideo non potest filiꝰ vobis reuelare. actu. primo. c. ⁊ ita Jeronymus vult istud ⁊ illud esse similia cum ait. quia probauimus non ignorare filium dei consumationis diem. Causa reddenda est cur ignorare dicatur. post resurrectionem quidē interrogatus ab apostolis de hac die manifestius respondit. non est vestrum scire tempora ⁊ momenta que pater posuit in sua potestate. in quo ostendit q̄ ipse sciat: sed non expediat nosse apostolis. ¶ Queritur cum dicatur Q.ª 136
hic: sicut autem in diebus noe ita erit aduentus filij hominis quare hoc dicitur? ¶ Dicendum primo q̄ dicitur ad ostendendum tacite q̄ ipe nō ignorat diē iudicij. licet dicat se ignorare: nam cum dicat q̄ quando veniet dies iudicij erunt homines comedentes ⁊ bibētes ⁊ vacantes voluptatibus. ostendit se scire quando erit dies illa. nam si nesciret quando esset nesciret conditionem temporis propinqui. immo conditionem ipsius diei. nam non solum in temporibus propinquis: sed etiam in ipso die erunt homines vacantes cibis ⁊ potibꝰ ⁊ voluptatibus. ⁊ tamen si nesciret diem nesciret an in tempore illo essent homines soliciti per timorem propter aliqua orrenda signa que illis diebus acciderent. determinat autem q̄ erunt tunc sine vllo timore ⁊ solicitudine vacantes voluptatibus. ideo aperte ostendit q̄ tempus diei illius scit. Et non solum de proximo tempore: sed etiam de die ipso dicendum q̄ ostendit se scire: quia dat signa ipsius diei. scilicet tūc erunt duo in agro ⁊ vnus assumetur ⁊ alius relinquetur. ⁊ due molentes in mola vna assumetur ⁊ vna relinquetur. manifestum est tamen q̄ istud fiet in die iudicij. quia tunc erit assumere ⁊ relinquere: ⁊ non in diebus precedentibus. Ergo etiam diei illius sciebat conditionem. scilicet q̄ tam in temporibus precedentibus q̄ in ipso die erunt homines securi: q̄ sine vllo timore ⁊ solicitudine voluptatibus vacent. ⁊ ita dixit hoc ad ostendendum se scire diem iudicij quando erit. sic dicit Crisostomus in omelia. scilicet vt autem addiscas q̄ non ignorantie sue est q̄ de die ⁊ hora iudicij tacet. Aliud signum inducit cum subdit. sicut autem in diebus noe: ita erit aduentus filij hominis. Dicendum autem q̄ conuenienter hoc adiunctum est. nam ex precedentibus apparebat q̄ christus nesciebat diem iudicij sed solum pater. Si autem nichil adderetur putaretur q̄ absolute verū erat q̄ filius hoc ignorabat quod falsum est. ideo addidit ea per quē sciri posset q̄ non ignorabat. Secundo fuit ad reddendos homines semper solicitos ⁊ timidos de illa die. nam sicut ideo non fuit designata dies illa vt vsq̄ ad diem non vacarent homines voluptatibus: ⁊ tunc vellent in paruo tempore penitere: sed semper sic viuerent quasi die crastina iudicandi essent. vt dicit Jeronymus. ita ⁊ prenunciari q̄ dies iudicij veniret hominibꝰ inopinatis ⁊ nichil tale cogitantibus: fuit valde conueniens ad eos solicitos semper reddendos. nam dato q̄ homines nescirent determinate diem iudicij: crederent verisimiliter q̄ cum dies iudicij esset vltimus dies seculi in qua omnia mutanda erant: q̄ ad eum precederent magne mutationes. ⁊ q̄ quanto vicinior esset dies ille: tanto essent maiores mutationes ⁊ signa: ex quibus homines qui eo tempore viuerent verisimiliter putarēt aliquid magnum instare ⁊ sic timidi ⁊ soliciti redderentur. ⁊ dato q̄ toto tempore priori voluptatibus vacarent non obesset eis cum possent illo tempore penitere. christus vero dicit q̄ non erit sic sed potius q̄ erunt tempora illa placida ⁊ vacabunt homines voluptatibus. vnde nichil erit tunc per quod scire aut cogitare possint quantum distet dies iudicij. propter quod quia ex tempore nulla colligetur suspicio: oportet homines ex seipsis semper solicitos esse. Tertio fuit ad tollendum occasionem querele eis qui tunc deprehensi in peccatis damnabuntur. nam possent dicere q̄ ideo tales erāt quia nunq̄ circa hanc rem instructi aut admoniti erant. hiceve ro admonentur inquantum dicitur q̄ non habebunt aliqua signa per que ipsi sciant diem iudicij. ⁊ ideo debeāt esse semper soliciti. Quarto potest dici q̄ etiam sit istud probatio dicti precedentis christi. scilicet de die illa nemo scit. putaret enī aliquis q̄ etiam si nō diceretur quādo esset dies iudicij: posset sciri ex magnis mutationibus que quotidie fient vsq̄ ad diem iudicij. dicit autem christus q̄ non poterit sic sciri. quia in temporibus illis propinquis non fient alique mutationes notabiles ex quibus homines reddantur soliciti ad cogitandum de die iudicij. ⁊ ita manebit dies illa ignorata quousq̄ subito veniat. ¶ Queritur quid proderat dici supra q̄ christus nesciebat diem iudicij. sicut aperte dicitur ℳarci. 13. c. Q.ª 137
sed solus pater vt dicitur hic in littera. Cum per ista que statim subiuncta sunt apparet q̄ christus illum sciebat. Vel si dicatur q̄ per hoc nō innuitur q̄ sciebat diem iudicij: quid profuit hoc dici? ¶ Dicendum q̄ sicut dictum est precedenti. q. per hec que dicuntur. hic colligitur q̄ christus sciebat diem iudicij sed occultabat illud. ⁊ tamen dicendum q̄ apostoli nō collegerunt ex hoc q̄ christus illum sciret. ⁊ ita satisfaciebat vtriq̄ scilicet discipulis vt non putarent christum scire: ⁊ eo q̄ ipse dixerat nemo scit neq̄ filius. ⁊ sic cessarent inquietare christuz pro hac re. nobis vero satisfit quia ex hoc colligitur q̄ ipse sciebat: ⁊ ita nō erit minor patre. Sed dicetur quomodo stat q̄ apostoli non cognoscerēt hoc ex verbis christi quod nos cognoscere possumus. Dicendū q̄ fuit primo quia apostoli putabant christum plane nunc loqui. Et in verbis eius nullam latere dubitationem. ⁊ ideo cum dixerint q̄ nemo scit neq̄ filius sed solus pater: non curauerunt amplius considerare quid colligeretur ex sequentibus verbis. nos vero cum habeamus magnam causam dubitandi. ⁊ hec verba scilicet christum nescire diem iudicij repugnant alijs verbis eius Johannis. 16. c. cū dixit omnia quecunq̄ habet pater mea sunt. sed sapientiam omnium rerum habet pater: ergo sapientia illa christi est. sed secundum sapientiam aut scientiam dicitur aliquis sciens. ergo cum christus habeat omnium sapientiam: sciet diem iudicij. Etiam quia ipse dixit ego ⁊ pater vnum sumus. Johannis. 10. c. ⁊ iterum ego in patre ⁊ pater in me est. Johan. 14. c. ergo cum substantia ⁊ scientia in diuinis sint idē necesse est esse eadem scientia patris ⁊ filij quorum est eadem substātia. vt ergo non repugnemus verbis christi. oportet dari q̄ ipse sciret diem iudicij sicut pater. q̄ ergo dixerit ipse se nescire diem iudicij: necesse erat intelligi in quodam sensu secreto quem verba non faciunt aperte. Et ideo cum hec scire mus apertius colligere poteramus ex verbis que hic christus subiunxit. per que dubitantibus de hac re satis innuitur q̄ christus hunc diem sciebat. Secundo fuit quia discipuli xp̄i ante passionē eius imo etiā post resurrectionē ante aduentū spiritus sancti erāt satis rudes: ⁊ multa eis xp̄s dicebat que non intelligebant. sicut de multis ostensum est supra. ⁊ sic post resurrectionē fuit qñ xp̄s dixit petro sequere me. ⁊ ille videns discipulū quem diligebat ihesus dixit dñe hic autē quid. ⁊ xp̄s dixit sic eū volo manere donec veniā quid ad te tu me sequere Joh. 21. c. nā tunc crediderunt alij apostoli q̄ iohānes nō moriturus erat cum dicat ibi exijt sermo inter fratres q̄ discipulus ille nō moritur ⁊ tamē non erat iste sensus xp̄i qō oñdit ibi euangelista. dicens. ⁊ nō dixit ihesus non moritur sed sic eū volo manere. ideo sicut circa illa errabant non intelligendo ver-

bum xpi. ita ⁊ hic a fortiori errarēt cū esset occasio non intelligēdi. s. q̄ dixerat prius q̄ de die illa nemo sciebat neq; filius. nostri autē doctores tā ex illuminatiōe per gratiā q̄ ex studio sacre scripture quā xps tradidit illis exponēdā ad vtilitatem ecclesie sue inuenerūt dubitationes ⁊ solutiones. ⁊ ideo nos p illos iam scimus q̄ ex verbis istis colligat q̄ xps sciebat diez iudicij. ⁊ q̄ cum dixit se nescire diem illū. nō dixit quasi simpliciter nesciret: sed q̄ nesciebat ad inotescēdū discipl'is. ¶ Q.° .138 Quaeritur quomodo potest esse verū q̄ aduentus filij hominis erit sicut in diebus noe. ¶ Nam inuit q̄ in diebus noe erant homines māducantes ⁊ bibentes vsq; in diem quo intrauit noe in archam. ⁊ non cognouerunt neq; suspicabant quicq̄ ⁊ venit diluuiū ⁊ tulit omnes. ⁊ q̄ ita erit in diebus iudicij. Sed videtur q̄ non stet quia ante iudiciū magna signa ventura sunt vt dicitur supra in littera. ⁊ insup paruo tēpore ante iudiciuz ventura sunt vt ostendit xps in parabola de ficulnea. s. q̄ cum illa fieri viderim⁹ sciamus q; prope est ⁊ i ianuis. ergo ex his ⁊ si non sciam⁹ determinate illū diē. tamē per ista p̄cedentia signa erunt homines sollicīti ⁊ timentes. ⁊ nō poterit superuenire eis securis ⁊ inopinatis dies iudicij: manducantib⁹ ⁊ bibētib⁹. Dōz q̄ verū est q̄ dies iudicij veniet exist̄ētib⁹ hoīb⁹ securis sicut xps dicit hic. ita etiā dicit Crisō⁹ in omelia. sicut in diebus noe ita erit aduentus filij hominis. hoc autez dixit o lendens q̄ repente venit ⁊ inopinate ⁊ pluribus lasciuiētib⁹ hoc enim ⁊ paulus dicit: cū dixerint pax ⁊ securitas repentin⁹ veniet interitus. Et tñ dicunt quidam ad hoc q̄ verū est q̄ signa precedentia in breui ad diē iudicij dabūt timorez ⁊ sollicitudinem ad diem iudicij. ⁊ tñ mali qui seipl'os desperant voluptatibus tūc vacabūt. boni autē non ⁊ fideles. sic dicit Crisost⁹. in omelia. s. lasciuia erit ⁊ pax his q̄ insensibiliter dispositi sunt. propter qō non dicit apls cū fuerit pax. sed cū dixerit pax ⁊ securitas: insensibilitatē eorū ostēdens. sicut illorū q̄ fuerunt in dieb⁹ noe qñ mali lasciuiebāt. non autē iusti: sed in iustitia ⁊ tribulatiōe pertransibāt. hinc autē ostendit q̄ cū antixps venerit: indecētes voluptates assumēt apud eos q̄ iniqui erūt ⁊ ō propria desperabūt salute. ⁊ ideo exemplū posuit huic rei conueniēs. Cū enim archa fabricaret: p̄dicebat quidē in medio futura predicens mala. mali autē nō credentes ac si nullū fuisset futurū malū lasciuiebāt. ⁊ q; futura apud multos nō credunt: ex preteritis credibilia facit q̄ predicit. Sed dicendū q̄ non soli mali quieti erunt: sed etiā boni. ⁊ colligit ex lr̄a: q; dicit añ hoc ō die illa nemo scit. ⁊ sequit statī q̄ erit sicut i diebus noe. iō videt q̄ ex ignorantia illa p̄ueniet q̄ fruant voluptatibus. Scōo q; dicit q̄ in diebus noe erāt comedentes ⁊ bibentes quousq; intrauit noe in archā ⁊ non cognouerūt donec venit diluuiū ⁊ tulit oēs. ⁊ sic dicit futurū in dieb⁹ aduentus xpi. ergo videt q̄ tunc nō cognoscent donec veniat. ⁊ propter istam ignorantiā vacabūt voluptatibus. Aliter ergo dicendū q̄ tā boni q̄ mali pro maiori parte vacabūt his. imo oēs erūt māducantes ⁊ bibentes ⁊ vxores accipientes quasi nichil timeāt de malis p̄sentib⁹. Causa erit q; licet precesserūt signa ad iudiciū non veniet statim dies iudicij: sed aliquod temp⁹ mediū erit quietis. ⁊ in illo tēpore iā homines nō timebūt neq; erūt sollicīti de die iudicij q; nesciūt qñ veniet: ⁊ tūc veniet subito. sic dicit ieronim⁹ sup math. Quaerit aūt quō supra scriptū sit surget gēs cōtra gentē ⁊ regnū in regnū. ⁊ erūt pestilētie: fames ⁊ terrores: ⁊ nunc ea memorent q̄ pacis iudicia sunt. sed estimandū est q̄ post pugnas ⁊ cetera quib⁹ humanū gen⁹ breuis subsecutura pax sit q̄ deta oīa p̄promittat vt fides credētiū cōprobet. Sed dicet cū dicat. s. in lr̄a q̄ visis his signis iudicij statī xps est in ianuis. quomō autē in tā paruo tpe poterūt hoīes esse securi. Dicendū q̄ illud nō erit valde longū temp⁹ ⁊ tñ quantū sit nō est certū: ita vt illa incertitudo possit deducere quādā quietē animi: ⁊ dissolutionē ad voluptates. de hoc dicit aug⁹ in epl'a ad esichiū. s. sic autē euāgeliū dicit: de die illa ⁊ hora nemo scit: tu autē dicis. ego autē dico neq; mēsem neq; annū aduent⁹ ipse⁹ sciri posse. ita enī hoc videt sonare tanq̄ non possit sciri quo ānō ventur⁹: sz possit sciri qua ebdomada ānorū: vel qua decade: tanq̄ dici possit atq; diffiniri: inter illos septē ānos: aut decē: aut cētū: vel qō libet siue maioris siue minoris numeri. si autē hoc te nō comprehendisse p̄sumis: hoc sentis qō ego. ⁊ tñ de hoc magis dicet sequēti. c. ¶ Quaerit ad qd xps voluit introducere exēplū istud de dieb⁹ noe. ¶ Dōm q̄ profuit exēplū ad reddendū hoīes certiores. q; quidā sunt q̄ non credūt bene futura ⁊ certificāt p̄ pterita. sic dicit crisō⁹. i omel. s. ⁊ q; futura apud multos nō credūt: certificant hoīes ex pteritis q̄ futura credibilia reddūt. ⁊ fuit hoc valde ꝓueniens exēplū: q; sicut in die iudicij mund⁹ peribit p ignē. ita ⁊ in diluuio mund⁹ perijt p aquā. s. oīa viuentia. ⁊ illud subito venit: ita vt nemo sciuerit nisi noe q̄ introiuit in archā cū suis. ita nūc veniet subito cum a nullo sperat. Et ob hoc nō solum istud exemplū xps posuit sz etiā aliud de subuersione sodomoꝝ: luce. 17. s. similit factū est in diebus loth edebant bibebant: emebant ⁊ vendebant: plantabāt ⁊ edificabāt. q̄ die autez exijt loth a sodomis pluit ignē ⁊ sulphur de celo: ⁊ oēs p̄didit. scōz hoc erit q̄ die filius hoīs reuelabit. ⁊ etiā illud est ad propositū: q; ibi fuit p̄ditio multoꝝ subitanea a deo facta: ⁊ a nemine cognita ē nisi a loth ⁊ vxore ⁊ filiab⁹ eius. geñ. 19. c. sz mathe⁹ tacuit de subuersione sodomorū: q; satis erat dixisse de diluuio. ¶ Q.° 148 Quaerit quare dicit sicut in dieb⁹ noe. ¶ Dōm q̄ xps vult nomīare dies diluuij ⁊ ante diluuiū ⁊ nō fuit aliud nomē ꝓueniēti⁹ q̄ in diebus noe dicere. p̄mo q; res nominā̄t a digniori: sicut solem⁹ etates ⁊ tpa describere p reges ⁊ sūmos pōtifices. vt dicam⁹ tali anno talis regis accidit hoc. sz tpe illo nō fuit aliqs vir excellētior noe. iō ab illo debuerūt designari tpa. nā. gñ. 6. c. ōz noe vir iust⁹ atq; perfect⁹ in generationib⁹ suis. ⁊ inuenit gratiā coram dño. Scōo q; xps vult nominare tpa illa ꝓpter diluuiū. ⁊ tñ diluuiū ad nullū magis pertinuit q̄ ad noe. eo q̄ ipe fuit cui de⁹ predixit diluuiū. ⁊ ipse illud predicauit ⁊ archam fabricauit ⁊ saluauit ibi genus humanū. vnde non solū tp⁹ nc fam⁹ fuit. q; tpa illa ad ipm precipue ptinuerūt. sed etiam nūc velut alter adā est p̄ totius humani generis: q; sicut genus humanū fuit ab adā ita totū saluatū fuit in noe ⁊ trib⁹ filijs suis quos in archa secū clausit ⁊ illi ꝓpter eū saluati sunt. ⁊ iō dies illi ab eo nomīari debuerūt: maxīe q; nō solū hoc bñficiū de⁹ illi p̄stitit. sed etiā dedit securitatē oīb⁹ futuris ne vltra deleret gen⁹ humanū p aqs. geñ. 8. c. de hoc eccl'iast. 44. c. s. noe inuent⁹ est pfect⁹ ⁊ iust⁹: ⁊ in tpe iracundie fact⁹ est reconciliatio. iō dimissuz est reliquū terre cū factū est diluuiū. testamēta seculi posita sunt apud illuz ne deleri possit diluuio oīs caro. Sic etiā tēp⁹ euersiōis sodomoꝝ vocāt dies loth. luce. 17. c. s. similiter factū est in dieb⁹ loth. ⁊ hoc q; ipse fuit qui liberat⁹ est a sodomis. ⁊ ꝓpter quē angeli venerūt illuc. ⁊ ꝓpt eū liberare volebāt alios cognatos ⁊ generos suos. geñ. 19 c. ¶ Quaerit cū dicat hic q̄ in dieb⁹ noe erant homīes comedentes ⁊ bibentes: ⁊ nuptui tradentes. ⁊ dicitur q̄ sic erit in aduētu filij hominis: quare ista ponuntur? ¶ Dicendum q̄ ista ponuntur ad ostendendā securitatē hominum. scilicet q̄ de nullo solliciti erāt qñ diluuiū venit. quousq; aque ceperūt ⁊ iō ponunt illa q̄ homīes exercēt qñ securi sunt ⁊ de lōga vita sperant. s. comedere ⁊ bibere ⁊ accipe vxores ⁊ ad nuptias tradere. plantare ⁊ edificare. talia autē inuenientur hoīes facientes in die iudicij. in quo innuit q̄ securi erunt nullū malū timentes. Itē apparet q̄ ista sit intentio. s. q; dicit q̄ erant comedentes ⁊ bibentes vsq; ad diē quo intrauit noe in archam ⁊ venit diluuiū ⁊ p̄didit oēs ⁊ non cognouerūt. ⁊ sic videt q̄ ex eo q̄ non cognoscebant venturz esse diluuiū nō sollicitabātur sz vacabant voluptatib⁹. ¶ Sed q̄reꝝ quomō poterant illi qui ante diluuiū fuerunt securi esse ne veniret diluuium. sed potius videtur q̄ timerēt quia noe illis predicabat vēturum esse diluuium nisi penitērent. Etiam videbant q̄ noe

¶ Q.° .139

¶ Q.° .141

¶ Q.° .142

construeret archam ad euadendum aquas diluuij. ideo non poterant ex hoc ignorare. ꝛ si non ignorabant nō poterāt cē securi. ¶ Dicendum ꝙ omnes ignorauerunt aduenturū esse diluuium. preter noe ꝛ filios ꝛ vxores eorum. quia dicitur in littera hic. ꝛ non cognouerunt donec venit diluuium ꝛ tulit omnes. ex ignorantia autem mali futuri oritur securitas: ideo isti erant securi quia ignorabant. Cum autem obicitur ꝙ predicauit noe gentibus illis venturū diluuiū. negant aliq̄ eo ꝙ Gene. 6. capitu. vbi pronunciatur diluuiū noe. non habetur ꝙ deus iusserit ei predicare diluuiū venturum nec etiā ꝙ ipse predicauerit. Dicēdū tamē in veritate ꝙ ipse ānuncia uit temporaneis suis venturuꝫ diluuiū propter peccata. ꝛ ꝙ hoc deus voluit. licet taceatur in genesi. quia exprimitur. 2. petri. 2. ſ. ꝛ originali mundo non pepercit sed octauū noe iusticie preconeꝫ custodiuit: diluuiū mundo impiorum inducens. vocatur autē preco iusticie quia predicauit coetaneis suis venturum diluuiū exigente iusticia dei propter peccata illorū. Aliter ergo dicendum ꝙ predicatum est diluuiū sed non crediderunt noe peccatores illius temporis. exigebant enim peccata sua vt excecarētur ꝛ non crederent ꝛ perirent. nam si crederēt conuerterentᷣ ꝛ saluarentur. Item quotidiana peccatorum assiduitas ꝛ voluptas trahebat ꝙ non crederent futurum malum quod eorum presentes delicias contristaret. Item non videbatur eis res verisimilis. nunc̄ enim tales aquarum inundationes viderant. ꝛ ideo neq̄ futuras credebant. predicatio igitur noe fuit. sed non creditum fuit ei. ꝛ sic putauerunt homines non futurum esse quod ille dicebat. vnde verum est ꝙ non cognouerūt. ꝛ sic manebant securi quousqꝫ aque diluuij operuerunt terram: ꝛ non solum noe predicanti non credebatur. sed aliqui eum insanire putabant ꝙ talia diceret. Sic enī fuit de loth in sodomis. locutus est ad generos suos qui acceperi erant filias suas. ꝛ dixit surgite egredimini ō loco isto quia delebit dominꝰ ciuitatē istā. ꝛ sequitur visus est eis quasi ludens loqui. geñ. 19. ca. ita igitur de noe putabatur cum p̄ Q.143 dicaret. vnde non crediderunt ei ¶ Queritur quid voluit dicere xp̄us cum ait tunc duo erūt in agro ꝛ quid illud tunc est. Aliqui dicunt ꝙ intelligit̄ de temporibꝰ antixp̄i ¶. Dicendū ꝙ necesse est intelligi de die iudicij. p̄mo q̄ de antixp̄o ꝛ oībꝰ que ad iudicium precedunt iam dictum est supra: hic nō est de illis dicendū. Secundo quia dictū est supra in littera. de die autē illa nemo scit. ꝛ est illa dies iudicij: ꝛ continuato sermone deducit̄ oratio vsqꝫ huc. ideo etiam hoc de die iudicij intelligitur. Tertio quia dicit̄ tunc erūt duo. ꝛ oportet ꝙ istud tūc q̄ō est relatiuū temporis. ostendat tempus p̄cedens. sed supra dicitur de die illa ꝛ aduētu filij hominis. ergo necesse est intelligi de die iudicij. Quarto quia vbi dicit̄ hic tunc erunt duo in agro dicit̄ luce. 17. dico autē vobis in illa nocte erunt duo in lecto ꝛ duo in agro ꝛc̄. ꝛ ita non intelligit̄ de aliquo tempore magno quale erit tempus antixp̄i: sed de vna nocte vel de Q.144 vno die in quo erit aduentus ad iudiciuꝫ. ¶ Sed dicetur cū xp̄us per exemplum supraposītum de diebus noe ostenderit futurum iudicium inopinatum aduenire. quare rursus hic p aliud exemplum illam securitatem ꝛ inopinatū aduentū ostendit. Dicendum ꝙ non ponuntur ista multa exempla ad idē sed pertinent ad diuersa. nam p̄ma duo. ſ. de diluuio ꝛ de subuersione sodomorū pertinent ad idem. alia vero que ponunt̄ nunc. ſ. de duobus in agro: ꝛ duabus in mola ꝛ duobus in lecto ad aliud pertinent. ꝛ patet quia post prima duo dicitur sic erit aduentus filij hominis: post secunda autem nichil ponitur. Item magis apparet ex ordine quem lucas posuit. nā prius dixit ō diebus noe. ꝛ post de diebus loth in subuersione sodomorum. ꝛ conclusit tunc. secunduꝫ hoc erit qua die reuelabitur filius hominis. ꝛ postea interpositis quibusdam. ſ. in illa hora qui fuerit in tecto ꝛc̄. trāsiuit ad ista que dicuntur nunc. ſ. dico autē vobis duo erunt in tecto ꝛc̄. Et sic manifestam distinctionem inter hec signauit ꝛ non pertinere ad idem.

Dicendum ergo ꝙ ista differunt. primo quia illa signa. ſ. de diebus noe ꝛ loth pertinent ad ostendendum conditionem tēporis ante diem iudicij. ista autem de agro. lecto. ꝛ mola. ponuntur ad ostendendum conditionem ipsius diei iudicij. cuꝫ dicatur hic. tunc. i. in die aduentus xp̄i. ꝛ luce. 17. dico autem vobis in nocte illa erunt duo in lecto ꝛc̄. Secundo differunt q̄ propria signa ponunt ad ostendendū velocitatē ꝛ ista ē bona differentia. ¶ Sed queretur quare dixit duo erunt in agro. Q.145 ¶ Dicendum vt dictū est supra ꝙ voluit ostendere subitaneā discretionem iudicis separando homines ab inuicem. nam ante iudicium manent mixti. post iudicium vero distincti locis erunt sicut ꝛ meritis fuerunt. ꝛ ista discretio fiet in ipso iudicio. fiet autē subito. ſ. ꝙ hominibus simul existentibus non sit locus ab inuicem recedēdi anteq̄ iudex eos discernat. ꝛ quia multa erunt in quibus homines cōmunicant ad hoc ꝙ simul sint. de illis posuit exempluꝫ. primum est de duobus in agro manere colendo terram. Et non erit idem exitus duorum. sed vnus ad bonum assumetur. alius vero relinquetur ad malū ꝛ quod dicit de duobus. idem de multis intelligenduꝫ est. q̄ quidam de simul stantibus habebunt sortem vnam. alij vero aliam. ¶ Dicitur etiam ꝙ erunt due ad molam. id est ea die accidet mulieres esse ad molam: vt terant frumentum ad farinam habendam ꝛ inde conficiendos panes: ꝛ hoc in ipso die iudicij erit q̄ nichil mali superuenturum timebunt. ꝛ cuꝫ fuerint molendo superueniet iudex de celo. ꝛ assumet vnam ꝛ dimittet aliam. dicitur etiam de manentibus in lecto: quia alii qui erunt tunc in lecto aut dormientes aut quiescentes quos mox ibi ꝛ iudex inueniet. ꝛ adhuc de illis aliqui assumentur ꝛ alij relinquētur. ꝛ sicut de istis dicit ita de omnibus aliis intelligendum est qui habent aliquam cōmunicationem ꝛ erunt simul cum venerit ignis ille ꝛ iudex insperatus. nam non erit omniū idem exitus licet conuersatio sit vna. ¶ Queritur ꝙd Q.146 signauit xp̄us cuꝫ dixit vnus assumetur ꝛ vnus relinquetur? ¶ Dicendum ꝙ signauit discretionem bonorum ꝛ malorū secundum loca: quia post iudicium erit locus accipiendi penam pro demeritis: ꝛ premium pro meritis. ꝛ quia non infertur in eodem loco pena ꝛ leticia discernent̄ locis. ꝛ hoc est assumi ꝛ relinqui. Aliqui autem dicunt ꝙ assumunt̄ illi qui ad bonum. i. felicitatem perducuntur: relinquuntur autem quibus nullum bonum datur sed ad infelicitatem manent. Secundo dicunt alij ꝙ assumuntur boni de terra. ſ. ne ignis conflagrationis veniens exurat eos. sic dicit hilarius super matheum: separabuntur tamen relicto alio ꝛ assumpto alio: in quo fidelium ꝛ infidelium discretio docetur. dei enim ira ingraueſcente: sancti in promptuario recondentur. perfidi enim ad celestis ignis materiam relinquentur. ¶ Tertio autem dicendum ꝛ melius ꝙ agitur de separatione bonorum ꝛ malorum quantuꝫ ad tempus iudicij. nam aduenīente illo igne cōflagrationis omnia peribunt ꝛ omnes homines morientur ꝛ qui viuentes inuenti fuerint subito morientur ꝛ subito resurgent. sed boni ab angelis rapientur ꝛ in ipso raptu suo dicuntur morituri ꝛ simul resurrecturi: quod incredibile est. ꝛ deducentur tunc ad aerem altum vt ibi sint simul cum christo iudicantes vel saltē audiētes mali vero nō rapient̄ ſz manebūt in terra ꝛ ibi iudicabunt̄. ꝛ hoc est q̄ō dr assumet̄ vnꝰ. ſ. ab angelis ꝛ eleuabit̄ in aera. alius vō relinquet̄. ſ. malꝰ in terra vt sit vbi semper fuerat. ꝛ patet hoc quia. 1. Thesa. 4. capi. dicitur nos qui viuimꝰ ꝛ residui sumus: rapiemur obuiā xp̄o in aera. ſ. christo ad iudiciū veniente obuiam rapiemur vt in aere maneamus cū eo. ꝛ postea inde surgamꝰ in celū. sic dicit Cyrillus. descendens enim dominꝰ ad iudicium mittet angelos suos qui ceteris in terra derelictꝫ penā passuris: sanctos ꝛ iustos ei adducent secundū illud apostoli rapiemur in nubibus obuiam christo in aera. Item patet hoc apertius quia Luce. 17. capitu. ponitur id quod hic. ꝛ dicit̄ duo erūt in loco vno: vnus assumetur ꝛ alius relinquet̄. ꝛ sequitur ꝙ apostoli quesi

uerunt. vbi domine. i. ad quem locum assumentur. ꝛ ait vbicunqꝫ fuerit corpus illic congregabuntur ꝛ aquile. ſ. in loco quo ego fuero veniẽt vt sint mecum. ꝛ ad illũ assumentꝰ electi Istum enim moduꝫ loquendi supra in littera posuit loquens de aduentu. i. ꝙ sicut aquile ꝛ vultures congregantur ad locum vbicunqꝫ corpus fuerit. i. cadauer. ita vbicunqꝫ fuerit xp̃us electi erunt. sed ipse in aere stabit. i. sedebit iudicans. sicut dicitur supra in littera ꝙ veniet in nubibus celi. ꝛ sequenti capitulo. ergo illuc assumentur omnes electi. ¶ Sed dicetur quare xp̃us de his tribus modis dixit. scꝫ de stantibus in agro ꝛ mola ꝛ lecto ꝙ vnus assumetur ꝛ vnus relinquetur? ¶ Dicendũ ꝙ fuit ad signandum ꝙ de omnibꝰ statibus aut modis viuendi saluantur aliqui: ꝛ pereunt aliqui. ꝛ per istos tres modos signat oẽs alios modos. nã boꝫ qdã sũt ociosi ꝛ inuenientꝰ ociosi in die iudicij. alij sũt occupati. ociosos enĩ signauit p eos q in lecto sunt quia lectus est locus quietis. occupati autẽ sunt dupliciter: quidam in rebus domesticis: alij in rebus que foris sunt. primos occupatos per molentes signauit: quia molere ad molã manualem intra domũ est. secũdos signauit per existentes in agro. Secundo potest dici ꝙ nõ intelliguntur per hoc omnes quasi ad sufficientiã status. sed posuit hos gratia exempli. ſ. ꝙ sicut de istis statibus vel modis viuendi non habebunt omnes conuersantes in eodem eundez exitum. ita de omnibus alijs statibus. Et intelligendũ ꝙ aliqui de agricolis saluantur: aliqui pereunt. ꝛ non solum nunc quando homines moriuntur p̃euidentes mortẽ suã. sed etiã tunc quando subito morientur inuadente eos igne conflagrationis. ¶ Molentes quoqꝫ in mola non idem habebunt. scꝫ quedam harum mulierũ in hoc actu inuente saluabũtur: alie aũt peribunt: eo ꝙ quedam erunt in bono statu quãdo superueniet ille ignis: alie non. Sed magis dubiũ erat de iacentibus in lecto. Nam inuenientur aliqui dormientes ꝛ sic morientur subito igne exusti. ꝛ tamen non oberit eis ad vitam eternã: qz qui in charitate erunt: etiam si in somno moriantur saluabuntur. ĩmo quod plus est si vir ꝛ vxor inuenĩãtur in lecto in ipo actu cõiugali saluari poterunt. quia ille actus potest fieri sine pctõ mortali. sꝫ quicqd est sine peccato mortali stat cum charitate ꝛ nõ excludit a vita eterna. vñ vir ꝛ vxor in illo actu poterũt inueniri ꝛ vnꝰ saluabitꝫ ꝛ aliꝰ dãnabitꝫ: scõm ꝙ vnꝰ stat in charitate: alius vero in mortali. vel secundũ quod ille actꝰ in vno erit sine culpa: in alio vero erit mortalis culpa. ⌊ Vigilate ⌋. posuit in precedentibus xp̃us de die iudicij admonitionem. hic autẽ ex precedentibus excitat nostram sollicitudinez ꝛ ait vigilate. Et ponit circa hoc duo exempla vnum de patrefamilias ꝙ vigilare debeat. aliud de seruo patrisfamilias ibi. ⌊ Quisputas ẽ. ⌋. Circa primũ dicitur. ⌊ Vigilate ergo ⌋ consequentiam facit. i. quia ita est ꝙ incertus est dies iudicij: vigilanduꝫ est vt quando venerit parati simus: etiam si nulla signa tũc videamus. ⌊ Quia nescitis ⌋. causa exprimitur qua si diceret. si sciretis quãdo venturus esset dominꝰ videretur satis esse ꝙ tunc vos pararetis ꝛ non prius. ꝛ tamen quia nescitis oportet vos oĩ hora vigilare paratos existẽtes. ⌊ Qua hora ⌋. non dixit qua die sed adhuc rem breuiorem designauit vt magis vigilemꝰ. ⌊ Dominus vester ⌋. christus erat ꝛ de se velut de alio loquebatur. ⌊ Venturus sit ⌋. ſ. ad iudicandũ vel ad mortem singulorũ. ⌊ Illud autem scitote ⌋. declarat magis causam vigilie. scꝫ ignorantiam de tempore aduentus. ꝛ ponit exemplum de fure veniẽte in domũ alicuius. cuius aduẽtus hora si sciretur: vigilaret paterfamilias illa hora: ꝛ nõ permitteret diripi domũ suam. sed quia nescit horam oportet semper vigilare: vt sic nunq̃ possit fur venire quin patrẽfamilias inueniat vigilantem. ꝛ dicitur illud scitote. i. aduertite ad hoc exemplum. ⌊ Quoniam si sciret paterfamilias ⌋. dicitur paterfamilias dominꝰ domus cuius est familia. ꝛ ille est qui preest in cõmunicatione ẏconomica quem Aristotiles primo politicorũ. i. vocat dominũ ꝛ patrem ꝛ maritum. ideo ꝙ ẏconomia constat ex his personis. ſ. viro ꝛ vxore. domino ꝛ seruo patre ꝛ filijs ꝛ eadem persona est que tria nomina habet. quoniam ad vxorem dicitur vir vel maritus. ad filios dicitur pater. ad seruos dicitur dominꝰ. hic autem vocat eum patremfamilias. ꝛ hoc nomen tam respectu filiorũ q̃ seruorũ q̃ omniũ de ẏconomia cõpetit ei. ⌊ Qua hora furꝫ vẽturꝰ eẽt ⌋. determinauit horam: non soluꝫ tamen si horam: ĩmo si diem sciret ꝛ ignoraret horam. aut ignorata die ebdomadam sciret vigilaret. ĩmo ꝛ si sciret aliquãdo furem venturuꝫ: licet illud quãdo nesciret vigilaret cautius. sed quidam sunt qui nesciunt an aliquando venturus sit fur in domũ eorum. ⌊ Vigilaret vtiqꝫ ⌋. i. certe tunc vigilaret vt non perderet rem suam. ⌊ Et nõ sineret perfodi domũ suam ⌋. i. non permitteret ꝙ fur rumperet parietem aut locum aliquem domus per quem faceret sibi introitum. ⌊ Ideoqꝫ ⌋. reducit exemplum ad discipulos quibus loquebatur. ⌊ Vos estote parati ⌋. ſ. vigilantes ꝛ taliter dispositi ꝙ quacunqꝫ hora moriamini bonum vobis sit ꝛ saluetis animas vestras. ⌊ Quia nescitis qua hora ⌋. tota causa est ignorantia de tempore determinato: ĩmo de tempore aliquanto. ⌊ Filius hominis venturus ⌋. quẽ supra vocauit dominũ vocat hic filium hominis. i. seipsum. quia vere ille erat dominus eorum ꝛ hora aduentus eius tã ad iudicium q̃ ad mortem ignoratur. alterum autem exemplum subditur de seruo patrisfamilias in quo etiam ad vigilandum admonemur ꝛ dicitur. ⌊ Quisputas est ⌋. i. quis est: quia quisputas vna dictio est: sed ponitur semper interrogatiue. ⌊ Fidelis seruus ꝛ prudens ⌋. ista duo in seruo requiruntur. ſ. in illo cui paterfamilias comisit aliquã administrationẽ domus sue. fidelis quidem esse debet vt nichil domino subtrahat: ꝛ rem domini perire non sinat. prudens dicitur quia prouidere sciat quomodo hoc fiat. quia non sufficit bene velle nisi illud efficiat: sꝫ efficere nõ poterit nisi prudẽtiã habeat. ⌊ Quem constituit dominus super familiam suam ⌋. isti sunt dispensatores. nam de ill' alijs seruis non intelligitur. in eo enim cui nulla administratio comissa est: satis est obedientiam esse: ꝛ non requiritur fidelitas aliqua de qua hic dicitur. virtus igitur seruorum in quantũ serui est esse obedientes. Cetere autem virtutes possunt requiri in eis secundũ ꝙ varie administratiões cõmittuntur eis. ⌊ Ut det illis ⌋. ſ. familie toti in temporibus suis: quia ista est maxima necessitas ꝛ quotidiana sub qua ꝛ alie intelliguntur. ſ. vestimẽtorũ. sed fortassis huic seruo dispensatori de quo xp̃us loquitur nichil erat cõmissum nisi prouidere familie quantũ ad cibuꝫ vt infra dicetur. ⌊ Beatus ille seruus ⌋. i. talis seruus. ſ. apud dominũ suuꝫ: quia bene faciet ei. ⌊ Quẽ cum venerit dominꝰ ⌋. subintelligendũ est ꝙ dominꝰ ad tempus aliquod recesserat a familia sua ꝛ curaꝫ illius cõmiserat cuidam seruo dispensatori quantũ ad prouisionem quotidianorum ciboruꝫ. ⌊ Inuenerit sic facientem ⌋. i. bene prouidẽdo familie de cibis in tempore oportuno. ⌊ Amen dico vobis ⌋. i. in veritate dico. ꝛ est modus iurandi vel affirmãdi. ⌊ Quoniam super omnia bona sua constituet eum ⌋. ſ. cum ex tempore paruo in quo administrauit familiam domino absente acceperit dominꝰ experientiã ꝙ prudenter ꝛ fideliter admĩstrasꝫ rem istaꝫ paruã quam ei cõmiserat. cõmittet de cetero omnia bona sua administranda. ⌊ Si autẽ dixerit malus seruus ille ⌋ dixerat de bono seruo administrante fideliter ꝛ eius premio: ponitur hic ð malo seruo ꝛ eius pena ꝛ dicitur. ⌊ Si dixerit malus seruus ille ⌋. ſ. dixerit in corde suo hoc. qz hec cogitatio est ꝛ ad nullum loquitur. ⌊ Moram facit dñs meus venire ⌋. hec enim sunt que seruũ mouere possunt ad male tractãdũ familiã. ſ. qz videt ꝙ dominꝰ morat venire. nã forte ex diuturna mora desperat de aduentu aut fingit ꝙ nunq̃ veniet. ꝛ videt per hoc sibi ipsi oportunitatẽ ad diu gaudendũ de bonis domini sui. ⌊ Et cepit percutere conseruos suos ⌋. istud non pertinet ad infidelez administrationẽ ita ꝙ defraudet bona domini sed ad superbiã domĩari volẽtis. ꝛ vocauit alioꝫ

conseruos.quia domin⁹ ille multos seruos habet. ⁊ iste erat vnus quem familie preposuit. nūc vero quia se prepositum sentit non tractat alios vt conseruos sed vt seruos. ⌊Mandu ducet autē ⁊ bibat cum ebriosis ⌋.hic ponitur infidelitas administrationis dilapidando bona domini sui: comedēdo ⁊ bibendo.⁊ quia comedere ⁊ bibere dicunt necessitatē ⁊ vsum.⁊ ideo non erat vicīū :posuit id quod ad vicīū pertinet.scz cum ebriosis.i. qui ad ebrietatē assueti sunt. nam conuersari cum his in cibo ⁊ potu est vastare substantiam.⁊ recte dixit cū ebriosis ⁊ non cū ebrijs.quia ebrij sunt qui aliquando extra mensuram sunt.ebriosi sunt qui assueti sunt extra mensurā bibere ⁊ comedere.semel autē manducare ⁊ bibere vltra moduz nō est dilapidatio substantie.sed ad hoc asuefieri vniuersam substantiā destruit. ⌊Veniet domin⁹ serui illius ⌋.iam seruus putabat dominū quasi non venturū quia tarde veniebat tamen veniet. ⌊In die qua non sperat ⌋.i.illo non cogitāte de aduentu.quia si cogitaret potius ordinaret rationes suas ad reddēdum domīo:⁊ ordinaret vitam suam q̄ superbiret ⁊ vacaret cibis ⁊ potib⁹. ⌊Et hora qua ignorat ⌋.necessario sequit q̄ si diem aduentus ignorat horam ignoraret ⁊ ad exageratione ponitur.vel potest poni ad signandū partes diei. quia in quibusdam homo est magis paratus q̄ in alijs sicut magis per diem q̄ per noctē. ⌊Et diuidet eum ⌋.i.a domo sua seperabit ne vltra ministret. ⌊Et partē eius ponet ⌋. pars hominis vocat id quod ei prouenit siue de bono siue de malo.nam totum bonuz ⁊ totū malū sunt quedam cōmunicabilia omnib⁹ hominib⁹.⁊ nemo habet totū bonū neq malū totū:sed cuilibet prouenit pars de bono aut de malo.⁊ de illo de quo magis sibi prouenit dicitur pars eius ⌊Cum ypocritis ⌋.i.cum his qui videbantur esse boni ⁊ erant mali.⁊ pars horuz est in carcere.ibi autē ponetur seruus iste. ⌊Ibi erit fletus ⁊ stridor dentū ⌋.s.in carcere pessimo est magnū frigus.⁊ ideo seruus malus ibi positus dentibus stridebit .nam ex frigore stridor
Q.° 148 prouenit. ¶Queritur quare xp̄us dixit nunc ista. s. vigilate ergo:¶Dicendū q̄ est admonitio quedā cui⁹ causa ex precedentib⁹ resultat. Inuit enim xp̄us periculū magnū de aduentu ad iudiciū.quia qualis tūc quisq̄ inuentus fuerit :talis iudicabitur ⁊ habebit tunc premiū eternū:.vel penam eternaz. ⁊ ideo cum totū bonū aut malum hominis pendat ex illo tempore:s qualis tunc inuenietur:oportet magnā operā dare ad hoc q̄ homo illo tempore inueniatur paratus.tempus tamē illud incertuz est nobis :⁊ subitaneū veniet vt patet exemplis suprapositis.⁊ ideo nullū aliud remediū est nisi vt semper parati simus cum nesciamus specialiter illam horam qua paratos nos eē necesse est. ⁊ hoc bene apparet quia dicit in littera vigilate ergo per modū consequētie. i.quia sic est q̄ nescim⁹ tempus aduentus vigilandū est.sic dicit Jeronim⁹ super matheuz.perspicue autē ostendit domin⁹. quia supra dixerit de die autē illa nemo scit nisi pater solus.quia sc̄z nō expediebat apostolis scire vt pēdule expectatiōis incerto semper credāt. etiam venturū quem ignorant quādo ventur⁹ sit.⁊ ideo quasi ex superioribus concludens dixit vigilate ergo. Est autem vigilare semper attentū esse ne in aliquo labamur per quod parati non sim⁹ ad iudicis aduentū.qz vigilia opponitur somno:qui enim somno tenetur nichil cogitat neq seipsuz circuspicit. imo promptū est ei nocere. qz in nullo de se considerat aut seipsuz defendit.vigilia oppositū facit.⁊ ideo vigilare dicitur qui sic seipsuz circunspicit vt nichil ei noceat quin semp paratus existat ad hoc quod iudex veniat:vnde qui vigilans est sed ista non cōsiderat aut non efficit:non vigilat sed profundo sopore tenet.vnde greg⁹.dicit.vigilat qui ad aspectū veri luminis oculos apertos tenet. vigilat quiseruat opando qō credit.vigilat qui a se torporis⁊ negligentie tenebras repellit
Q.° 149 ¶Queritur quib⁹ dicebat xp̄us parabolā istam ⁊ admonitionē de vigilando:¶Dicenduz q̄ ex verbis q̄ ibi xp̄us subiunxit colligit q̄ tā ad discipulos q̄ ad oēs posteros diceret.

Et patet hoc aperti⁹ mar.13.ca. vbi ponūtur hec ⁊ dicitur. qō autē vobis dico omnib⁹ dico.vigilate.sic etiā dicit aug⁹. in epistola ad esichiū.non solū autē illis dixit vigilate quibus audiētibus. loquebat.sed etiā illis qui fuerūt post illos ānos ⁊ ad nosipsos ⁊ qui erunt post nos vsq̄ ad nouissimū ei⁹ adQ.° 150 uentū:qz ad omnes pertinet quoddāmodo. ¶Queritur cū dicatur vigilate quia nescitis qua hora dñs vester ventur⁹ sit an conueniens causa vigilandi ponatur:¶Dicendū q̄ sic qz si hora certa esset non oporteret vigilare. sed satis esset illo tēpore paratū esse.quia tamen ignoratur temp⁹ illud: oportet omni tēpore cauere quasi omni tēpore euenturum sit quod omni tempore euenire potest. Sed adhuc dicenduz q̄ maior causa nobis est vigilandi q̄ hominib⁹ ante diluuiū ⁊ ante euersionē sodomorū. quia nos licet nesciam⁹ quando euenturum sit.scimus tamē q̄ ventur⁹ sit.illi vero nesciebant quādo diluuiū euenturū esset :sed etiā nesciebant an aliquādo futurū eēt ⁊ ideo necesse erat illis inopinatis superuenire diluuiū. quia nichil de illo pro aliquo tempore cogibabant. Nos autē xp̄s admonuit q̄ licet non sit paruū omni tempore vigilare.est tamen possibile ⁊ nobis necessariū: ⁊ ideo illud suasit:illis vero non prenūciatū est.s.sodomitis. Dicit autē nescitis qua hora:⁊ non dixit q̄ die qz noluit xp̄us dare nobis securitatē saltē de vna hora.nam non solū de vna die non sumus securi sz etiā
Q.° 151 de vna hora. ¶Queritur cum dicatur domin⁹ vester venturus sit.quis sit iste aduent⁹:¶Dicendū q̄ hic dicit nobis vigilandum esse tā ad diem iudicij q̄ ad diem mortis. In quo sciendū:quia hic nō dicitur vigilate: quia nescitis quādo erit dies iudicij:sed quādo dñs noster venturus sit.⁊ iste aduent⁹ potest accipi dupliciter.s.pro aduentu ad iudiciū ⁊ pro aduentu ad mortē nostram.ad iudiciū quidem ventur⁹ est.quia apparebit nobis visibilis vt iudicet.in morte quoq̄ nostra dicitur aduentus eius:quia circa nos aliquē actū exercet. nam sicut ad iudiciū vniuersale xp̄us venire dicitur. Jta ⁊ ad mortē cuiuslibet venire dicitur.quia illū iudicat.⁊ iste actus specialiter videt esse xp̄i.nam ipse dixit pater non iudicat quemq̄ sed omne iudiciū dedit filio. Joh.5.ca.siue ergo absoluat hominē siue condemnet ad iudicanduz eum recte venire dicit.⁊ vere quidem iudicantur tūc homīes potius q̄ in vniuersali iudicio. Nam in illo nemo absoluetur qui non in morte absolutus fuerit.⁊ nemo condemnabit:qui non in morte condemnatus fuerit.ante mortē autē nemo condemnat neq absoluit eo q̄ merita in vita mutabilia sunt quotidie.in morte igitur est vera condēnatio ⁊ absolutio ⁊ verior q̄ in iudicio generali:quia ibi non erit nisi quedā publicatio sententie late de quolibet homine:sed propter illam publicationē dicitur xp̄us venire ad iudicandū. ergo potius dicet venire in morte cuiuslibet hominis.⁊ ita mors cuiuslibet est aduentus xp̄i. Et patet iste modus loquendi. Joh.14.ca.s.si abiero ⁊ preparauero vobis locū:iterum veniā ⁊ accipiā vos ad meipsum: vt vbi ego sum vos sitis. ⁊ manifestū est q̄ loquitur xp̄us de morte sua per quam recedebat ab eis ⁊ parabat eis locū in vita eterna.⁊ venturus erat.s.in morte ipsorū vt acciperet eos ad se. s.vt extunc essent cum eo in vita eterna. etiā patet quia Joh. 21.c.dicitur. sic eū volo manere donec veniā.i. volo manere sine martirio vsq̄ ad mortē.quando ego veniam ad accipiendum ipsuz ad me. De isto autē aduentu xp̄i ad iudicanduz in morte loquitur hic xp̄us precipue.quia non erit homini periculū vllum in die iudicij nisi periculuz fuerit in die mortis. ⁊ ad hoc vigilandum est homini cuilibet ⁊ omni hora. Sic dicit augustin⁹ in epistola ad esichiū.non solū autē illis dixit vigilate quibus tūc audientib⁹ loquebatur: sed ⁊ illis qui fuerunt post illos annos ⁊ ad nosipsos:⁊ qui erunt post nos vsq̄ ad nouissimū eius aduentū :qz ad omnes pertinet quodamodo.tunc enim vnicuiq̄ veniet dies ille cum venerit eius dies vt talis hinc exeat qualis iudicandus est illo die. Ac per hoc vigilare debet omnis christianus:ne imparatum eum inue-

niat dñi aduentus. ⁊ imparatum enim inueniet dies ille quem imparatū inueniet sue vite hui⁹ vltimus dies. ¶ De die etiam iudicij dicendū q⁹ vigilanter expectandus est. quia quibusdā imo plurimis erit ille dies mortis dies. ⁊ quia quilibet se debet vigilanter circunspicere ante diē mortis. ita debet vigilare ad illū diē qui forte erit sibi dies mortis. Secūdo quia licz dies iudicij nō sit ventura in tēpore cuiuslibet homis: nemo est certus q⁹ in dieb⁹ eius non sit ventur⁹. ideo cuiuslibet est causa vigilandi ad illū diem. ⁊ non solū xp̄us dixit vigilandū quia nescimus diem iudicij: sed potius q⁹ nescim⁹ diem mortis nostre. nam vtrunqz intelligit cū dicitur: nescitis quādo filius hominis ventur⁹ est. vt fuit iā expositū. ⁊ tamē pro vtroqz aduentu accipitur. ¶ Sed quereret q̄re patrifamilias ne scienti aduentuz furis comparuit hominē non preuidentem aduentū diem mortis aut iudicij? ¶ Dicēdū q⁹ fuit ad redargutionē nostrā. nā ex eo q⁹ paterfamilias nescit qua hora fur vēturus est ad perfodiendā domū ⁊ furandū: vigilat semper ne fur auferat pecuniā quā ipse possidet. ⁊ nos scientes q⁹ aliquando mors ventura est: non vigilam⁹ vt thesauruz anime nostre non perdam⁹. sic dicit Crisosto⁹. hinc videt confundere eos qui non tantū studiū faciūt anime sue quantū studēt circa pecunias que finem expectēt. Sciendū autē q⁹ vtile fuit dare nobis ignorantiam diei mortis nostre. s. vt ex ignorantia hac sit nobis occasio semper expectandi ⁊ vigilandi ad illum diem. sic dicit Gregori⁹. horā vltimā domin⁹ noster idcirco voluit esse incognitā vt semper possit esse suspecta. vt dū illā putidere minime possum⁹: ad illā sine intermissione preparemur. Et quia magnuz studiū adhibendum erat cū non possimus scire horam illā: admonuit domin⁹ magnā vigilantiam vnde non solū dixit vigilate sicut hic mathe⁹ expressit. sed etiā xMarci. 13. capi. dicit ait vigilate. videte ⁊ orate. ⁊ ponuntur hec tria que circa nos sunt necessaria. dixit videte. i. circunspicite vobis ⁊ facit per hoc attentos ad id quod dixit vt non cōtemnāt illud. vigilate. i. omne studiū vestrū adhibete ne aliqd in vobis sit per quod non parati inueniamini ad illū diē mortis vel iudicij. Addit autē orate. nam etiam si homo vigilet quantū possit: interdū cogit dormire premētib⁹ delicijs ⁊ diuitijs ⁊ occupationib⁹ ⁊ calamitatib⁹ huius seculi. ad hoc autem ne his premamur vt vigilare non possimus: petendū est a domīo vt ipse qui vigilare precepit fructuosarū vigiliarū nobis gratiā concedat. ⁊ quia hoc q̄ō a dño petimus orationibus impetram⁹: orandus suasit dicens orate. ⁊ istud quoqz appetim⁹. lucas dixit. 21. capi. vigiliā ponēs ⁊ orationē. vigiliā quidem vt caueamus ab eis que in hoc seculo delectant ⁊ faciunt obliuisci diem mortis. orate autē. s. vt assidue ⁊ deuote poscamus ab eo vt nobis concedat taliter vigilare vt eruamur ab omnib⁹ malis precedentib⁹ diem mortis aut iudicij. ⁊ inueniamur digni ad standū coram xp̄o quando veniet siue ad iudicandū in particulari iudicio siue in vniuersali. ¶ De p̄mo autē dicit attendite autē vobis ne forte grauent corda vestra crapula ⁊ ebrietate ⁊ curis hui⁹ vite. quasi diceret. hec faciunt non vigilare. ⁊ sequitur ⁊ superueniat in vos repentina dies illa. s. dies iudicij aut mortis. ¶ De secundo dicit vigilate itaqz omni tēpore orantes vt digni habeamini fugere ista omnia que futura sunt ⁊ stare ante filiū hominis. nam non possumus effici digni ad fugiendū omnia que precedent mortem ⁊ iudiciū: nisi nos dignos xp̄us fecerit quod ab eo nō possum⁹ optinere nisi orando. ¶ Queritur quid intellexit xp̄us cū dixit quis putas est fidelis seru⁹ ⁊ prudens ⁊ de quo accipit dictū? ¶ Dicendū q⁹ agitur hic de seruo patrisfamilias dispensāte bona domini. ⁊ per hoc agitur de quolibz homīe in quātum est aliquo modo dispensator bonorū dei ⁊ redditur⁹ ē ratiōne de illis. ⁊ si bonam rationē dedit accipit a deo premium si malam punit: ⁊ pertinet ad precedentia. quia dicebat vigilandū esse quia nescimus diem aduētus xp̄i. ita ⁊ nunc agitur de bono ministratore qui semper ministrat bene vsqz ad mortem. ⁊ ideo in die mortis inuenit xp̄us hominē sic facientem ⁊ ille semper vigilauit. Ille est qui non vigilat. sed putans se non redditurū rationē de actibus suis. vel saltem non cogitans de reddendo neqz putans se moritur⁹: inordinata omnia agit sicut seruus manducans ⁊ bibens cum ebriosis. ⁊ venit mors isto nō cogitante ⁊ damnatur cum nichil boni egerit. sicut seruus quo non cogitante venit domin⁹ eius ⁊ ponit euz vbi est stridor dentium. Considerandū autē q⁹ in ista parabola agitur de seruo ⁊ non de quolibz. sed de eo qui preest alicui familie constitut⁹ super eam a domino. ⁊ ideo cuz aplicat ad nos necesse est accipi de eis qui presunt. hoc autē potest tripliciter accipi. vno modo specialiter pro prelatis ecclesie de quibus xp̄us magis agit. Secundo de principib⁹ temporalibus quia illi etiam acceperūt a deo potestatē ad vindictaz malefactorum ⁊ laudem bonorū. ad Roma. 13. ca. ⁊ 1. Petri. 2. ca. Tertio potest accipi pro quolibet homine qui aliquib⁹ prepositus est vt dicet infra. ¶ Queritur quare dixit hic xp̄us quis putas est fidelis seru⁹ ⁊ prudens quem constituit domin⁹ super familiā suam? ¶ Dicendū q⁹ ista est causa quare ponatur ista parabola vltra precedentē. vtraqz enim ostendit vigilādū esse pro salute anime nostre ne dies mortis inueniat nos inopinatos ⁊ nichil curātes. ⁊ tamē homo se habet ad animā suā dupliciter. s. vno modo vt ad rem suā pretiosissimā. alio modo vt ad rem ab alio ei comendatā ⁊ de qua ratione redditurus est. Quātū ad p̄imū quia est res pretiosissima ⁊ nostra: debemus eam diligētissime custodire ne pereat: quia perderemus maximū bonū nostrum. quia vero est aliquid nobis cōmissum a deo debemus taliter ministrare regendo: vt cuz ipse petiuerit rationē inueniamur parati ad reddendū illam quod in morte fit. propter p̄imū ponitur prima parabola in qua dicitur de patrefamilias qui vigilat ne fur perfodiat domū eius. hoc autē nō quasi alicui redditur⁹ sit de rebus suis rationē si furto eas perdiderit. sed quia illas amat ⁊ perdere nollet. ideo cuz animā vt pretiosissimā rem nostrā diligam⁹: sollicitam operam impendere debemus vt illa non pereat: licet rationē de illa non essemus reddituri. Quantuz ad secundum ponitur hec secūda parabola in qua nobis tanq̄ prelatis ⁊ quibus aliquid cōmissuz est iniūgitur vigilare vt reddamus diligentem rationē de cōmissis ⁊ tunc pro bona ratione reddita premiuz accipiamus. ⁊ facit hoc xp̄us tenens moduz oratoriū ad efficacius suadendū. nam idem in vtraqz parabola intendit. s. admonitio ad vigilandū: ⁊ ad eosdem dirigitur scilicet ad nosipsos. Sed vt idem possit sepe dici. vt sic magis moueat: dicit illud per aliū colorē dicēdi. sicut qui exaggeratione vtuntur apud oratores. ⁊ sic fuit conueniens mod⁹ vt primo hoc per modū patrisfamilias poneret. deinde per modum serui constituti super bona domini. quia ad vtrunqz pertinet vigilare licet diuersa ratione. Secunda huius causa est: quia xp̄us voluit hortari ad vigilantiam omnes hoīes in ecclesia sua. Dupliciter autē se habēt homines. quidam enim de se solis rationē reddituri sunt quia de se solis curam habent. ⁊ hos admonet vigilare sub exemplo patrisfamilias ne rem suam perdant. Alij habent curam cōmissarū plebium vel subditorum aliquorū. a quibus non solum xp̄us rationem peturus est de seipsis sed etiam de subiectis. in qua ratione si deficiunt ita peribunt sicut si de seipsis rationem ineptam ⁊ infidelem redderent. ⁊ ad hoc posuit parabolaz hanc de seruo patrisfamilias constituto supra bona aut familiam. Tertia causa est quia xp̄us vult ostendere quosdam male vigilare: ⁊ ideo inconuenientē rationē reddere. alios vero sollicitos esse ⁊ bonam rationē reddere. hoc vero non potuit ostendi sub nomīe patrisfamilias: quia paterfamilias vnicus est vnius domus. serui autem eiusdem domini multi sunt. ideo vltra parabolam de patrefamilias fuit cōueniens poni istam de seruis eiusdem constitutis super bona eius. Quarta fuit ⁊ precipue ad ostendendum premium vigilantium ⁊ bonā reddentium ra-

Q.° 152

Q.° 153

Q.° 154

tiones sive de seipsis sive de comissis ets ꝛ econtrario facientium penam: quia deus penā ꝛ premiū dat sic aut fic facienti
aliq enim qui in secularib⁹ sunt prudētes: circa xp̄m sunt ip̄rudentissimi aut etiam insipiētes qō maius est. s. qz nullo modo de illo curāt. sic ōr luc. 16. c. Filij hui⁹ seculi prudētiores sūt filijs lucis in generatiōe sua. Sunt ḡ ꝓiuncte virgines prudētes ⁊ fatue etiā in occurrēdo xp̄o. qz q̄diu viuim⁹ cēs boīes ⁊ oēs fideles tā boni q̄ mali ꝓiūcti sūt: ⁊ oēs occurrūt xp̄o: qz oēs faciūt opa aliqua añ mortē. quidā bona. alij ꝙ mala. sic dicit greg. in omel. s. Quia ex vtroqz sexu fideliū multitudo colligit: icā ecclia decē virginib⁹ similis denūciat. mali cū bonis: reprobi cum electis admixti sunt. iō recte similis virginibus prudētib⁹ ⁊ fatuis phibet. ¶ Querit q̄re spāliter posuit quinqz prudētes ⁊ quīqz fatuas: ¶ Dici poterit q̄ istud nō p̄tinebat ip̄aliter ad significatiōē pabole: ꝫ solū q̄ virgines fatue quotquot ille essent: qz fatue erāt ⁊ imprudēt occurrerūt nō sūt recepte ad nuptias. prudētes ꝙ quia occurrerunt prudēter recepte fuerūt. Sz tñ dici pōt vt cōmuniter ōr q̄ ideo ponunt quinqz: qz sunt quinqz sensus corpis. sic dicit greg. In quinqz enim corpis sensib⁹ vnusqsqz subsistit. et ratio compatiōis est: qz opa bona ⁊ mala sunt p̄ que xp̄o bene aut male occurrim⁹. ꝫ hec p̄ qnqz sēsus efficiūt vl̄ p̄ qnqz sēsus exteriores accipim⁹ ea p̄m q̄ anim⁹ nr̄ ad bonū aut malū mutat. ideo qnqz vocant fatue: quinqz prudētes. sic dicit greg⁹. qui recte credūt ⁊ iuste viuunt assimilant quinqz prudētib⁹. Qui aūt p̄fitent qdem fidem iesu: nō aūt p̄parant se bonis operib⁹ ad salutē religs quinqz virginib⁹ fatuis comparant. Vel sensus nostri q̄tum ad bona spūalia in cultū xp̄i tēdunt: sunt qnqz virgines prudētes. inq̄tum ꝙ carnalia concupiscunt sūt virgines fatue. sic dicit ieron⁹. sup matb. Sunt enī quinqz sēsus qui festinant ad celestia: ⁊ supna desiderāt. de visu enī ⁊ auditu ⁊ tactu spāliter dictū est. quod vidim⁹: quod audiuimus quod oculis nostris p̄spexim⁹ ⁊ man⁹ nostre ꝓtractauerūt de verbo vite. de gustu: Gustate ⁊ videte qz suauis est dñs. de odoratu: In odorē vnguē. oū tuoū currim⁹. Alij aūt sunt quinqz sensus terrenis fecib⁹ inhiātes. Alij dicūt iuxta ꝓdictōnē virginitatis per quinqz virgines significari abstinētiā qnqzpertitā a carnis illecebris. nam virgo dicit immunē a cōtactu viri. ita virginitas vocabit abstinētiā quācunqz a qbuslibet carnis illecebris. ⁊ qz ista abstinentia quinqz modis fit vocant quinqz virgines. ⁊ qz cōtinere oīb⁹ his modis a carnis voluptate pōt bene ⁊ male fieri: vocant quinqz prudētes virgines ⁊ quinqz fatue. sic dicit aug. li. de ver. dñi. s. per quinqz virgines significat quinqzptita ꝓtinētia a carnis illecebris cōtinēdus est enī animi appetit⁹ a voluptate oculoꝝ: auriū: olfaciēdi ⁊ gustādi. sed qz ista cōtinētia partim coīā deo fit vt illi soli placeat interiori gaudio cōsciētie: partim coīā hoīb⁹ tñ vt glia humana capiat quinqz dicunt prudētes ⁊ quinqz fatue: qz vtraqz ꝓtinētia est ex diuerso fomite gaudeat. ¶ Sed quereť quare posuit tot virgines fatuas quot prudētes. naz cum p̄ prudētes virgines signent boni ⁊ electi: ⁊ p̄ fatuas reprobi: vt dicit greg. videt innui q̄ tot sunt reprobi quot electi. ¶ Dōm q̄ ponunt tot fatue quot prudētes. qz ponūtur quinqz prudētes ꝓpter quinqz sensus vel quinqz modos abstinēdi a carnis illecebris. vt dictū est p̄cedēti. q. ⁊ qz quot modis abstinet bene tot modis abstinet male. s. ꝓpter deū bene: aut ꝓpter glīam humanā male. ⁊ sicut p̄ quinqz sensus bene agimus: ita p̄ eosdē quinqz ⁊ nō plures neqz pauciores malū facim⁹. tot dicunt fatue quot prudētes: qz nō respicit numer⁹ earū sed numer⁹ ꝑncipioꝝ aut modorū boni ⁊ mali: prudētie ⁊ fatuitatis. ⁊ ob hoc nō dictū est q̄ erāt tot fatue quot prudētes: sed spāliter q̄ erāt qnqz fatue ⁊ qnqz prudētes. q̄si ꝓpter numerū qnqz sensuū in nobis ⁊ malis dictū sit. ¶ Queritur cum dicat q̄ qnqz fatue nō sumpserūt oleū: qnqz aūt prudentes sumpserūt oleū. qd sit oleū istud. ¶ Aliq dicūt q̄ oleū est fruct⁹ boni opis: sic dicit hyla. sup matb. s. Oleū boni operis fruct⁹ boni operis est. Sed hoc parū cōsonat: qz fructus boni operis non est in nobis sed datur nobis a deo. ⁊ tamē in p̄testate virginū erat oleum ferre. ⁊ ob hoc quedā increpantur id est fatue: qz non tulerūt oleū secū. ergo nō accipit ꝓ fructu boni operis. Alij dicūt oleum esse leticiā de bono ope: qz debemus letari in deo de bono ope. sic accipit aug. li. de verbis dñi. Per oleū ipsā leticiā signari arbitroꝝ. ꝑm illud: Unxit te deus oleo leticie. q ergo nō ꝓpterea gaudet qz deo intrinsecus placet: nō habet oleū secū: gaudiū enī non habēt dum ꝓtinent viuūt nisi in laudib⁹ hoīum. Alij dicūt oleum esse charitatez ⁊ elemosynā eo q̄ p̄ oleū misericordiā signam⁹. sic dicit crisō. in omel. s. Oleū hic vocat elemosynā ⁊ charitatē ⁊ quodcūqz circa indigētes auxiliū. Alij dicūt oleū eē doctrinā. sic dic̄ origenes sup matb. s. Oleū est verbū doctrine quo vasa animaꝝ implent. nichil enī sic cōfortat sicut moralis sermo q oleū luminis appellat. Alij dicūt oleū signare nitorē cōsciētie: qz oleum nitet ⁊ res nitidas facit. ⁊ iste nitor ē in bonis: in fatuis autem ⁊ reprobis nō. ¶ Dōm aūt q̄ oēs iste positiōes possunt aliquomō applicari ad ꝓpositū. ⁊ tñ dōm q̄ p̄ oleū hic bona opa signant. ille aūt gerit oleum in lampade q̄ consciētiam hz bonoꝝ opeꝝ. q aūt nō hz conscīam bonoꝝ operū ꝫ malorū oleū nō habet in lampade. Et dōm q̄ oēs p̄cedētes positiones in tñ possunt tolerari inq̄tū cum hac ꝓponant. nam nulla alia res faciet intrare ad vitā eternā nisi bona opa in fine vite inuenta. ⁊ nichil excludit a regno nisi nō īueniri in boīe opera bona in fine. ¶ Querit qd est qō ōr: moꝝā aūt faciēte sponso dormitauerūt oēs ⁊ dormierūt. ¶ Dōm q̄ ista moꝝa ē dilatio aduent⁹ xp̄i. spōsus enī iste xp̄s est: vt ostēsum est. ē. moꝝā aūt ōr facere ad similitudinē illi⁹ spōse quē virgines expectabant ⁊ ōr moꝝa aduent⁹: ⁊ qz aduent⁹ xp̄i est duplex: pōt dupliciter moꝝa accipi. Est aūt vn⁹ aduent⁹ xp̄i ad iudiciū alius ad mortē cuiuslibet. Accipiēdo aūt aduentū xp̄i ad iudiciū iā nimis tardat ꝙponsus: ⁊ debz computari absentia sua ab eo tpe quo desijt esse nobiscū. sicut ipse dixit: Uenīet dies in qbus auferet a vobis spōsus. ē. c. recessit aūt a nobis in die ascēsionis ⁊ ideo ab illo die cpōtat absentia: ⁊ iam fluxerunt anni mille quadringenti ⁊ sedecim: cū sint mūc a xp̄i natiuitate anni mille quadringenti quadragintanouem: a quibus demantur triginta tres qui fluxerunt a xp̄i natiuitate vsqz eius ascensionem ⁊ residuum tempus vsqz ad diem iudicij nobis ignotum est. ⁊ ita dicit nicholaus q̄ moꝝa ista est decursus temporis ab ascēsione xp̄i vsqz ad diem iudicij. quod tempus ꝓpter longitudinem vocatur hic moꝝa. Accipiendo aduentum ad mortem vocatur moꝝa omne tempus quod est inter natiuitatē ⁊ mortem. vel inter p̄incipium etatis discretionis in qua quis iam erit obuiam xp̄o ⁊ morti. Sed dicendum q̄ melius accipitur moꝝa isto secundo modo: eo q̄ moꝝa ponit hic sponsi inquantum illa aliquid agit ad hoc q̄ dormitēt boīes. ꝫ tarditas diei iudicij parum facit ad hoc: sed diei mortis moꝝa. nam qualiter de quolibet diffinitū fuerit in die mortis talit diffinietur ī die iudicij: ⁊ etiam si nunq̄ veniret dies iudicij ista tarditas mortis facit dormitare ⁊ dormire. ¶ Sed quereť q̄re ōr de moꝝa ista sponsi. ¶ Dōm q̄ ista pertinet multuz ad ꝓpositū tam q̄tum ad rōnem parabole q̄ etiam ad applicationem suam. De secundo q̄tum ad principale patet. multum enim facit ad intentionem xp̄i. nam moꝝa ista aduentus facit dormitare ⁊ dormire. moꝝa enim aduentus xp̄i reddit quosdam procliuos ad malum ⁊ voluptates. sic patet precedenti. c. cum dixit seruus malus in corde suo: moꝝā facit dominus meus venire: ⁊ cepit percutere conseruos suos ⁊ manducare cū ebriosis. ⁊ ita si putaret illuz venturū statī: nō faceret ista. De quocunqz autem accipiatur aduentus verum erit q̄ moꝝa sponsi est occasio malorum. patet de aduentu ad iudicium. si autez scirent omnes homines vsqz ad triginta annos futurum esse diem iudicij multi abstinerent a voluptatibus huius seculi: sed quia incertum est tempus: ⁊ quidā putant fortassis q̄ nō erit vsqz ad mille annos aut plures. ꝓlabunt homines ad vitia quasi sine timore. de aduentu cristi in morte est magis pla-

Q.° .13.

Q.° .14

Q.° .15.

Q.° .16

Q.° .17.

num qz breuior terminus est iste ⁊ manifestior q̄ aduentus in die iudicij ⁊ mora ista facit multos dormire. nam inter natiuitatē ⁊ mortē est aliquātū qđ licet non sit hoī certū quoutqz efluxerit: tñ putaf ab hoīe magnū futurū eo q̄ qlibet cogitat de annis ad quos puenire poterit ſm naturam: ⁊ nō cogitat q̄ qualibet hora vita pōt desinere. vnde ista mora non est interdū ſm rem: sed ſm estimationē qđ patet supra p̄cedēti. c. ⁊ luce. 12. ex verbis serui. ſ. moram facit dñs meus venire. ⁊ sequit veniet autez dñs serui illius die qua nescit ⁊ hora qua ignorat: ⁊ sic nō est mora sicut putaf: sed satis est qđ putet: qz per hoc declinabit homo ad voluptates hui⁹ seculi. sic patet ibidē quia dixit seruus ille malus in corde suo morā facit dñs meus venire: ⁊ cepit p̄cutere ꝓseruos ⁊ māducare cū ebriosis

Q.° .18. ¶ Querit quid est qđ dicitur dormitauerunt ⁊ dormierunt. ¶ Dici pōt vno mō q̄ ista differentia dormitatiōis ⁊ dormitionis magis facit ad parabolā q̄ ad rationem eius. i. applicationē. ¶ Nam dormitare est paululū ⁊ inquiete vel nō secure dormire. vnde dormitatio ante somnū est. dormire aūt est ipa quies secura cū quis velut curis solutus iacet: ⁊ ita dormitio est somnus. Et quedā de virginibus parū dormiebāt alie vero multū dicebanf dormitare ⁊ dormire. Sed dicendū q̄ etiā ad applicationē ista pertinēt. ⁊ accipiūt aliq tam dormitationē q̄ dormitionē de morte. sed dicūt dormitionē esse mortem. dormitationē vo egritudinē qua puenit ad mortē. sicut dormitio est somn⁹: dormitatio aūt somnū. sic dicit grego. in omel. ſ. Dormire. n. mori ē. dormitare āt añ somnū: ē añ mortē a salute languescere. qz p pond⁹ egritudinis puenit ad somnū mortis. Alij dicūt q̄ dormitare sit mori. dormire aūt est postea in morte manere. quasi dormitatio sit mot⁹ ad dormire: quod est quedā quies. sicut mori est quasi mot⁹ quidā p̄pter alteratiōes p̄cedentes ad quietē illā que est post mortem quādo corp⁹ iacet in puluere. ⁊ sic ista quies finit in resurrectione qñ euigilāt dormiētes. de hoc dicit iero. sup math. Dormitauerūt. i. mortui sunt. ⁊ ꝓsequēter dicitur: dormierūt: qa postea suscitādi sunt. ¶ Nichola⁹ aūt dicit mortē vocari hic dormitationē vel dormitionē: qz tam facilē excitabunt hoīes a morte p xp̄m venientē ad iudicādum: sicut vnus homo pur⁹ excitat aliū dormientē. Alio modo accipit taz dormire q̄ dormitare p quadā quiete in voluptatib⁹ hui⁹ seculi. ſ. q̄ hoīes p̄mittētes sibi longa tpa vite q̄ vocant mora aduent⁹ sponsi dilabunt in delitias euntes ad desideria sua: ⁊ tunc sunt sicut dormiētes: qz sicut dormiēs nichil facit humanū: ita declinās ad voluptates hui⁹ seculi quiescit in illis: ⁊ nichil facit ō operibus vite eterne. sic dicit orige. sup math. Sponso tardante ⁊ nō cito venīēte verbo ad cōsummationē vite patiunt aliqd sensus dormitātes ⁊ quasi in nocte mūdi agētes: ⁊ dormierūt puta remiss⁹ agentes a sensu illo vitali. Sed hoc suppositō: que differētia erit inter dormitare ⁊ dormire. ¶ Dōm q̄ sicut dormitatio est aliqd breue ante somnū: ⁊ nōdum qs est cōsopitus qñ dormitat. dormire aūt est ipse somnus quo qs p̄mit cum quiete solutus est. ita in vacatiōe ad delicias hui⁹ seculi: ⁊ exercitio pctōr̄ dormitare illi dicunt qui puo tpe manent in actu ⁊ voluptate pctōr̄. sed cū aliquas sordes delictor̄ cōtraxerint mox illas penitētie lachrymis lauāt: ⁊ sic a sopore quo teneri incipiebāt resurgūt. ¶ Dormiūt aūt q̄ in voluptatib⁹ seculi quiescūt: nec vllus cōpunctiōis stimulus illos excitat: sed quasi plena quiete soluti sint dormiūt. ⁊ iō hos dormiētes excitari facile non est. dormitātes aūt facile: aut per seipsos excitant. vtrūqz aūt tam dormitionē q̄ dormitationē facit mora aduentus. i. vite diuturnitas: vel que est vel quā homo cogitat ⁊ sibi p̄mittit.

Q.° .19. ¶ Sed q̄reſ qs modus istor̄ verior sit. naz p̄cedēs ponit dormitationē ⁊ dormitionē mortē esse. ¶ Dōz q̄ ille modus nō pōt esse nisi de aduētu xp̄i ad iudiciū. Accipiēdo aūt secūdo modo dormitare ⁊ dormire est voluptatib⁹ hui⁹ seculi detineri. ſ. qz dum spōsus moram facit venire. ſ. qz nōdum statim deducit mortē p quam venire ōz ad iudicandū hoīem: declinat homo ad voluptates secli. ¶ Dōm aūt q̄ accipiendo vtrūqz aduentū xp̄i pōt stare vterqz modus mortez. et tñ dictum est. ſ. q̄ potius intelligaf de aduētu ad mortez: qz aduētus ad iudiciū nichil mutat de statu hoīs cuiuslibet. aduentus aūt ad mortē dat totum statū. ⁊ iō melius est intelligere de dormitatiōe ⁊ dormitiōe que p̄cedit mortē que est declinatio ad delitias. Secūdo qz mors vt sic parū facit ad aduentū sponsi. ſ. ad hoc q̄ inueniank quedā virgines parate et alie nō: sed ea que mortem p̄cedūt. i. dispositio in qua quis inuenitur qñ morif. ſz dormitatio ⁊ dormitio p̄t est detineri voluptatib⁹ multū facit ad occursū ⁊ obuiationē spōsi in morte. nam q̄ fuerit diu quiete sopit⁹ in voluptatib⁹ seculi tarde cōsurget ad se disponendū in morte. ⁊ si nō declinassent hoīes ad vitia hui⁹ seculi p̄p̄ter morā aduent⁹ mortis: oēs inuenirenf parati in morte. ideo ista dormitio ⁊ dormitatio melius videf accipi. si qs tñ aliā dormitionē mortis teneat nō resistimus. Accipiēdo tñ secūdo modo verū est q̄ oēs dormitāt et dormiūt: qz cum mora aduētus xp̄i extēdaf nemo est q̄ tota vita maneat vigilās ad dei cultū: ⁊ nullo vnq̄ vitio depmatur ⁊ iō tam boni q̄ mali interdum cadūt ⁊ nō resurgūt: ⁊ cū nunc dormiāt in vitijs etiā aduenīēte morte inueniunt dormiētes: ⁊ iō pereūt. Boni aūt lz aliquādo p̄manf vitijs statim euigilant: ⁊ tñ nemo est qui semp vigilet. qz nemo est q̄ bonū faciat ⁊ nō peccet. 3. reg. 8. c. Et ob hoc distinguunf dormire ⁊ dormitare. qz dormire quod est quiete manere resolutū p̄tinet ad illos q̄ in peccatis diu aut semp tenenf: ⁊ sunt virgines fatue. dormitare aūt quod est leuiter dormire ⁊ cito euigilare p̄tinz ad bonos: q̄ si aliquādo labūf statī de pctō resurgūt. ¶ Queritur qđ est qđ ōr media nocte clamor factus est. ⁊ qđ sit iste clamor. ¶ Dōm q̄ hoc pendet ex p̄cedentib⁹. dictū est enī q̄ duplex est xp̄i aduēt⁹. ſ. ad mortē ⁊ ad diē iudicij. Accipiendo p aduētu ad iudiciū: ōr clamor iste angelor̄ eē vt archāgelor̄ q̄ clamabūt ad mortuos vt surgāt ad iudiciū. sic enī ōr p̄ma chor̄. 15. c. q̄ resurrectio fiet in ictu oculi ⁊ nouissima tuba. id est audiet tunc vox tube ⁊ postea nunq̄ audiet; etiā exp̄ss⁹ i. thessal. 4. c. ōr q̄ dñs veniet in iussu ⁊ voce archangeli et tuba dei: ⁊ mortui resurgēt. ⁊ sic dicit ierony. sup matb. subito ergo ⁊ quasi in tēpesta nocte quādo grauissim⁹ sopor ē p angelorū clamorē ⁊ tubas p̄cedentiū fortitudinū xp̄i resonabit aduētus. Accipiēdo secūdo mō aduētū xp̄i ad mortē. ſ. hoīs: vocaf clamor iste quidā stimulus q̄ in corde nr̄o figit deo vocante vt ad pnām resurgam⁹. Sz dicet iste stimulus p quem fit? dicunt aliq̄ q̄ p angelos. sic dicit orige. sup matb. clamor factus est oēs excitare volentiū velut estimo angelor̄ q̄ sūt ad ministratorij spūs clamātibus in sensibus dormiētiū ecce spōsus venit. Est dōm q̄ poterat poni fieri p angelos q̄ tāgūt interiores sēsus. ⁊ tñ qz iste mot⁹ ē spūalis q̄ p̄tinz ad effectū melior ē dici q̄ fiat p deū. sic. n. ipse ait apocal. 3. c. Ego sto ad ostium ⁊ pulso: si qs aperit michi ītrabo ⁊ cenabo cū eo. ⁊ itelligit q̄ de⁹ stat ad ostiū cōscie nr̄e pulsādo nos sp ad bonū. illi aūt aperiūt q̄ assentiūt huic pulsatiōi. q̄ vo nō assētiūt nō aperiūt: ⁊ recedit de⁹ ab eis. ¶ Sed dicet quō p istū clamorē taz boni q̄ mali excitant. nā hic tam virgines fatue p quas reprobi q̄ prudētes per quas electi significant excitate sunt. ¶ Dicendū q̄ istud beneficiū clamoris oīb⁹ cōicat. ⁊ colligit ex eo qđ ōr apocal. 3. c. Ecce ego sto ad ostiū ⁊ pulso: si qs audierit vocē meā ⁊ aperuerit michi: intrabo ⁊ cenabo cū eo ⁊ ipse mecum. nam apparet q̄ quidā aperiūt deo vocāti: ⁊ alij nō. qui nō aperiūt deo mali sunt. ergo aliqui sūt mali q̄ tamē vocant a deo ⁊ pulsat eos ad bonū. Secūdo pz qz nō solū mali pulsātur a deo ⁊ nō aperiūt: sz interdū exp̄sse abijciūt eū ⁊ tristant: qz de⁹ pulsat eos ad bonū. iuxta illud Job. 21. c. qui dixerunt deo recede a nobis: scientiam viarū tuarū nolumus. Tertio pz qz necesse est poni istā pulsationē fieri circa malos sic̄ circa bonos. nam homo p seipsū potest cadere a bono statu: resurgere aūt non potest p seipsum: sz indiget diuino auxilio. quia

Q.° .20.

Q.° .21.

als ex puris naturalib⁹ posset homo saluari: que fuit heresis pelagiana. Dato ergo q̄ nō sit auxiliū dei circa hoiem erit ī possibile ipsum a peccato resurgere. ⁊ tñ quod impossibile ē non imputaꝫ alicui. ideo necesse est circa quēlibet hoiem dum viuit poni auxiliū dei ad resurgēdum de pctō. ⁊ tñ auxilium primū est pulsare mouendo cōscientiā vt homo obediēdo pulsatiōi ⁊ faciēdo quod in se est iustificeꝫ per firmationē cōtritionis. ideo necesse est circa quēlibet hoiem poni deū pulsantē et stare ad ostiū eius: sed alīq audiūt ⁊ alīq non. Ex hoc autē apparet q̄ imputaꝫ hoībus qui dānantꝫ sua damnatio: eo q̄ in ptāte sua est aliquomō non dānari. nam lz iustificatio p quaz saluamur sit p grām: ⁊ illa nō sit directe in nostra ptāte quasi nos grām nobis firmem⁹. tñ est aliquo modo in nr̄a ptāte: q̄ possum⁹ illam habere. s. si nos facim⁹ quod in nobis est. deus nāq; semp ad bonū pulsat nos. ⁊ si nos volum⁹ audire eius pulsationē quod est in nr̄a ptāte statim nobis infundeꝫ grā et iustificabimur. q̄ ergo nō sumus iusti nobis imputaꝫ q nolumus obedire pulsatiōi dei que semp est. ⁊ iō recte dictū ē hic. q̄ clamor iste tam ad prudētes q̄ ad fatuas fuit: vt innuaꝫ q̄ diuina pulsatio ad oēs se extēdit tam ad bonos q̄ ad malos.

Q°.22. ¶ Sed queriꝫ quare ista pulsatio vocaꝫ clamor? ¶ Dōz q̄ clamor significat vocē altā qualis est vox tube aut vox precōnis. ⁊ ōr clamor ad differētiā vocis que in mediocri aut submisso tono pfertur: ⁊ competit tam ad pabolā q̄ ad sensum quē xp̄s intēdit de pabola ꝓpter duo. Primo q̄ fuit iste son⁹ ad excitādum virgines. oēs enim dormitabāt ⁊ dormiebāt tā prudētes q̄ fatue: vt ōr in lr̄a. vox aūt submissa nō excitaret eas. iō oportuit esse vocē fortē ⁊ altā que vocaꝫ clamor. Secūdo fuit q̄ virgines nō erāt nunc vocāde ⁊ inuitāde sigillatim vt exirēt obuiam sponso: sed iam supponebaꝫ q̄ erāt parate. tñ q̄ nesciebāt tempus erāt vocāde gñali vocatiōe q̄ non fieret cuilibet: sed oēs possent eam audire. tales tñ vocatiōes oportet esse in alta voce: iō vocanꝫ clamores. De secūdo ꝑncipali. s. q̄tum ad intentionē xp̄i dōm q̄ etiam debuit vocari clamor. q̄: aut ista vocatio intelligiꝫ de aduētu xp̄i ad iudiciuz aut de aduentu ad mortem. si de primo debet vocari clamor: quia fit illa vocatio ad omnes mortuos q̄ per totū mūdū sūt. vt ergo supponaꝫ q̄ oēs illam audiūt debet esse excelsa: ⁊ sic vocabiꝫ clamor. Etiam q̄ ad excitādum dormientē regritur vox que ē clamor: q̄to magis ad excitādū mortuos. ideo ibi potius debet vocari clamor. vñ plus q̄ clamor vocaꝫ ab apostolo. s. tuba nouissima. ꝑma chor. 15. c. vel tuba dei. i. thessalon. 4. c. Accipiēdo aūt p aduētu ad mortē erit vox ista qua excitanꝫ illi qui in pctis suis dormiūt. excitare aūt istos multū est. ideo alta vox exigiꝫ que clamor ōr. lz enī ista vocatio fiat ī secreto cordis: q̄ tñ nō pōt fieri nisi ex magna virtute: aut auertaꝫ homo ab eo quo fruebaꝫ: magna vox illa ē ⁊ clamor.

Q°.23. ¶ Sed queret quare ōr iste clamor ⁊ quō est annūciās xp̄m venientē ad mortē: cum ista pulsatio de qua dcm̄ est semp fiat in nobis. ¶ Dici pōt vno mō q̄ licz tota vita fiat pulsatio a deo in cordib⁹ nostris: tñ hic accipiꝫ de illa pulsatiōe ⁊ clamore quo hoīes morti ꝓpinqui a deo pulsantur. ⁊ est ille clamor vtilior oībus p̄cedētibus. q̄ lz qs per totā vitam dormierit in pctō si in morte pulsat⁹ a deo obedit ei saluaꝫ ⁊ si p totam vitam audierit vocantē ⁊ nūc nō: nichil pdest. ideo de hac velut vtiliori vocatiōe ōr hic q̄ sit clamor. Aliter potest dici et melius q̄ hic dicitur de clamore qui est pulsatio per totam vitam ad surgēdum de pctō. nam sicut exire obuiam sponso est a principio vite nostre vsq; ad mortē p oēs opatiōes nostras vt ostensum est. ꝛ. ita clamor iste p̄cedens spōsi aduentū: est tota pulsatio que fit p totam vitā ad surgendū de pctō. Sed in parabola nō fuit nisi vna dormitatio ⁊ dormitio. iō ponitur vnicus clamor quo virgines ab illa dormitiōe excitate sunt. Sed p totā vitā est sepe hoiem plabi ad vitia. ideo opus est multiplicata pulsatiōe aut vocatiōe. ⁊ tota hec significaꝫ p illum clamorem quo vocate sunt virgines. Tertio pōt adhuc dici q̄ pulsatio totius vite est clamor xp̄i venientis ad mortem nostram: q̄ vt inplurimū pulsatiōes iste fiunt in vitiosis hoībus incutiēdo timorem mortis ⁊ inferorū. talis enim cogitatio nimis mouet ⁊ abstrahit a vitijs. sic ōr ecclīastici. 7. c. In omnare nouissima tua ⁊ in eternum non peccabis. i. nunq̄.

Q°.24. ¶ Queriꝫ cum virgines fatue audierūt istum clamorē quo modo postea non inuente sunt parate nec introierūt ad nuptias: q̄ qui audit pulsationē recipit xp̄m ad se intrantez ⁊ cenat cum illo. apocal'. 3. c. ¶ Dici potest vno modo q̄ lz audierūt clamorem nō introierūt ad nuptias: q̄ nō fuit in eis completa pulsatio. ⁊ ideo xp̄s ad significādū incompletā pulsationez in quibusdā esse dixit quasdam virgines clamatas: sed nō intrantes ad nuptias. ¶ Pro quo sciendū q̄ in predicta auctoritate duo ponunt̄. s. audire vocem: ⁊ aperire. ⁊ quādo hec simul sunt xp̄s intrat ⁊ cenat cum hoīe. Audire aūt est q̄ pulsatus credat se a deo moueri: ⁊ ista bona desideria a deo puenire. Aperire aūt est obedire illis bonis desideriis vel vocationibus exequēdo id quod a deo suadeꝫ. q̄ autē audiūt ⁊ nō obediunt habēt p̄mum ⁊ nō secūdum. ideo pulsatio non ꝓdest eis lz illam intellexerint. Secūdo modo pōt dici q̄ virgines p clamorem excitate sunt: ⁊ tamē nō introierunt ad nuptias: quia tempore aduentus nō fuerunt parate. ⁊ in hoc figmifica tur multitudo pulsationū que nobis fit in vita. ⁊ innuiꝫ p vnicam que facta est virginibus. nam lz quibusdam dei vocationibus obediam⁹ resurgētes de pctō: si postea incidam⁹ in peccata ⁊ nō resurgamus de illis lz vocati: nō ꝓsunt priores vocationes. Sed dōm q̄ nō potest oīmoda similitudo esse inter parabolā ⁊ sensum q̄tum ad vocationē virginū ⁊ pulsationē nostrā. nam virgines dormiebant: ⁊ clamor ꝓfuit ad hoc q̄ excitarentur: ⁊ excitate sunt ⁊ obedierunt clamori: quia statim surrexerūt ⁊ ceperunt ornare lampades suas. ⁊ tamē clamor ille nō poterat parare eas q̄ parate nō erant: eo q̄ apparat⁹ cōsistebat in quibusdā rebus corporalib⁹ que non habent̄ ad nutum nisi realiter inquirant̄. pulsatio aūt mētis aliter se habet: q̄ per hoc q̄ homo obedit illi est dispositus ⁊ nō sunt necessarij exteriores apparatus. ideo sola obediētia pulsationis pōt nos iustificare ⁊ paratos reddit ad aduentum xp̄i in morte. secus aūt fuit in virginibus. ⁊ ita lz excitate fuerūt ille per clamorem nō introierunt ad nuptias. nos ꝛo mor vt audim⁹ ⁊ assentimus pulsationi digni sumus introire ad nuptias xp̄i

Q°.25. ¶ Queritur quare dicitur q̄ media nocte factus sit ille clamor. ¶ Dicendum q̄ accipiendo de aduentu ad iudicium dicunt quidam q̄ media nocte fit clamor. quia media nocte fiet iudicium ⁊ resurrectio mortuorum. ⁊ sic refert ieron⁹ super matħ. quorundā esse positionem. s. Tradunt iudei xp̄m media nocte esse venturum in similitudinē temporis egiptij quādo pascha celebratū est. Alij dicūt media nocte futurū. i. tempore ignoto: ⁊ quādo nō putabiꝫ supueniet. sicut media nox est tempus occultū. i. quia tunc oīa tacent. sic dicit aug⁹. li. de verbis dñi: q̄ veniet media nocte. i. nullo sciente atq; sperante. ⁊ ieron⁹. ait. Subito ergo ⁊ quasi in tempesta nocte ⁊ securis oībus quādo grauissim⁹ sopor est: p angelor⁹ clamorē ⁊ tubas precedētiū fortitudinū xp̄i resonabit aduētus. Si autem accipiaꝫ p clamore p̄cedēte aduentū xp̄i dicit fieri media nocte. i. tēpore incerto: q̄ nichil est incertis q̄ tempus mortis ⁊ aduenit quando homo nō cogitat. sic ōr ꝑce. c. Veniet dñs serui illius die qua nescit et hora q̄ nō sperat. Etiā clamor iō p̄cedēs ōr fieri media nocte. ¶ Sz dicet quō fit media nocte id est tpe inopinato: quia cum a deo fiat pulsat nos q̄n vult: et cum nos de hoc nō cogitamus. oē aūt occultū et incertum media nox dici potest p ꝓditiōe tpis illius. Aliter dici pōt q̄ accipitur de illa vocatiōe qua pulsemur paulo an̄ mortem. et illa et mors computant̄ p eodem tempore. et q̄ mors media nocte fieri dicitur etiaz pulsatio illa media nocte. Tertio pōt dici q̄ accipiatur de pulsatiōe q̄ fit q̄n quis gaudet maxime in voluptatib⁹. Est enī tūc altissima caligo et ptās tenebrarū

Q°.26.

cum homo penitus dei oblitus his bonis que temporaliter apparent fruitur. Cum igit̄ de tam pfundis tenebris quis pulsatiõe dei eripit̄ ꝺr media nocte ad eum clamor factus. sic dicit origenes sup matħ. media nocte. i. in altitudine remissionis fact⁹ est clamor oēs suscitare volentiū estimo angelor qui sunt administratorij spūs intus clamãtes in sensib⁹ dormiẽtiū

Q.° 27. ¶ Querit̄ qd est quod in clamore dictū est ecce sponsus vẽit exite obuiã ei: ¶ Dom̄ q hoc ppie ad parabolã pertinet iuxta lr̄am. nam virgines ille spectabãt spōsum venturū vt cuz eo intrarẽt ad nuptias. r iõ ille qui venit ad excitãdas virgines debuit clamare iuxta id quod ille sperabãt. sed ipse sperabãt spōsum vt exirẽt obuiã ei. iõ ille nunci⁹ clamauit: ecce spōsus venit exite obuiã ei. Applicãdo aũt ad sensum xpi nõ erit idẽ clamor pcedẽs aduẽtum ei⁹ q̄tum ad lr̄am. sed in significato idem erit. nam accipiẽdo aduẽtũ xpi ad iudiciũ clamor pcedẽs illũ aduẽtũ erit: surgite mortui r venite ad iudiciũ. aut aliqd simile. r hoc etiã est dicere: ecce spōsus venit: qr xps venit tunc vt assumat secũ oēs bonos: r trãsferat eos ad eternas nuptias. r per illum aduentũ transfertur ipōsa in vitã eternaz sic accipit̄ apocal'. 19. c. s. Venerũt nuptie agni: r vxor eius pparauit se. r statim ꝺr: Beati q ad cenã agni nuptiarũ vocati sunt. r sic vocatio ad iudiciũ est vocatio ad nuptias xpi. sed lz ad illas vocent̄ oēs mortui nõ intrabũt oēs: qr nõ erũt oēs parati: sicut oēs virgines tam prudẽtes q̄ fatue vocate fuerũt ad exeundũ obuiã sponso r intrandũ cum eo ad nuptias. sed non intrauerũt oēs. Si aũt accipiat̄ p clamore pcedẽti aduẽtum ad mortẽ ille est pulsatio ad excitãdũ a sopore peccatorũ. Et nichil est aliud q̄ quedã inuitatio ad nuptias xpi. imo tũc fit cena nuptialis si pulsatus obedierit pulsationi. sicut dicit apocal'. 3. c. Ecce ego sto ad ostiũ r pulso: si qs audierit vocez meã r aperuerit michi intrabo r cenabo cum eo r ipse mecũ necesse est aũt talẽ cenã nuptialẽ esse. i. festiuã qua de⁹ cum homine cenat. r sic quomodocũq; accipiatur iste clamor in vnaz sn̄iam vadit. s. inuitare nos vt occurram⁹ spōso veniẽti ad nu

Q.° 28. ptias. ¶ Queritur qd significat̄ p hoc q ꝺr: tũc surrexerũt oēs virgines ille: ¶ Dom̄ q quantũ ad parabolã significat̄ excitatio a somno. accipiẽdo q̄tum ad sensum quẽ xps intẽdit intelligit̄ de aduẽtu ei⁹ duplici. Accipiẽdo aũt de aduẽtu ad iudiciũ est sensus q pcedente vocatiõe illa p angelos surgunt oēs. r ideo recte ꝺr q audito clamore surrexerunt tam fatue q̄ prudẽtes: qr audita tuba iudicij tam boni q̄ mali resurgẽt r ita resurrectio ꝺr generalis ad iudiciũ gn̄ale. pcesserat enim in oībus hoīb⁹ bonis r malis q sunt virgines prudẽtes r sũt fatue vt dcm̄ est. s. dormitio mortis duz xps morã faceret venire ad iudiciũ. nũc vo cum p angelos clamatũ est xp̄m venire oēs de morte resurgũt velut de somno. Sic dicit grego. Tũc qdẽ oēs virgines surgũt: qr electi r reprobi a somno sue mortis excitant̄. Sed accipiẽdo p primo aductu. i. ad mortem verũ est q pcedẽti clamore. i. pulsatiõe dei oēs excitantur: qa quãdo xps efficaciter vult pulsare nemo est q non excitet. verum est enī q multi vocant̄ q non obediũt. qr pulsatio illa nõ est efficax saltẽ respectu illorũ. nam si deus vult fortiter pulsare: necesse est q exaudiat homo. qr cor hoīs in manu dei est r quocũq; voluerit vertet illud. proūb. 21. In pulsatiõib⁹ aũt minoribus qdam obediũt r quidã nõ. vnde ab equali pulsatione qdam mouet̄ r alius nõ. s. qr sunt inequaliter dispositi. r talis modus est q̄tũ ad augmẽtationẽ charitatis p actus nr̄os. q aũt de⁹ velit quosdã pulsare efficaciter r alios nõ ab eius liberalitate puenit. qr vult qbusdã potius benefacere q̄ alijs cum nulli teneatur. vt ꝺr ad roma. 9. c. q cui vult miserebit. dixit tũ hic oēs virgines excitatas p illum clamorẽ: vt innuatur

Q.° 29. fortis pulsatio que oēs hoīes mouere põt. ¶ Querit̄ qd significat quod ꝺr: r ornauerũt lãpades suas: ¶ Dom̄ q q̄ntum ad parabolã iste ornauerũt lampades. i. infuderũt oleuz r disposuerũt lichinũ emũgẽdo illud: qr dormierũt aliquãtulum: r tũc oleia liquãta ps exusta erat: r lichinũ cineres habebat: decuit q ornarent lampades olei infusiõe r apparatione lichini: maxime qr nũc occursure erãt sponso: r ita lampades parate esse debebãt: ne coram illo opus esset eas ornare. Sz ad intentionẽ xpi fortassis ista pars nõ facit: qr vt dictũ est. s. non seruit ad sensum vtentis parabola q̄libz ps pabole aut metaphore. possum⁹ tñ applicare si accipiat̄ de aduẽtu ad iudiciũ resurgẽtes ornãt lampades suas. qr opa sua q̄ in cõscientia inuenit̄ numerãt: p quibus gl̄iam aut pnam recepturi sum. sic dicit greg. Lampades ornãt qr sua secũ opa numerãt p gb⁹ eternã pcipere beatitudinẽ expectãt. vel dicũt̄ lampadũ apparatus rationũ dandarũ in iudicio. sic dicit aug⁹. li. de verbis do. s. Aptauerũt enī lampades suas. i. rõnes reddẽdas operũ suorum. verũ est q rõnes iam reddite sũt a quolibz in morte: r sn̄ia de eo lata est. r iõ nõ sunt reddẽde rursus rõnes. r si reddende essent nõ oportebat de hoc cogitare: qr iudex q rõnem petit nouit eam: r ipse fm eam sn̄iam pfert. r tñ qr iudicij vocat̄ dies ille quo oēs resurgẽt eo mõ quo iudiciũ ꝺr rationes ibi reddent̄ r querent̄: r sic hoīes rõnes suas cõponere dicent̄ Alij dicũt assumptionẽ lampadũ esse reditũ in corpa. qr virgines vocam⁹ sic aīas: lãpades aũt suas corpa sua. r iõ qr cũ resurgere iubẽt̄ assumẽt singule aīe corpa ppa: dicent̄ accipere lampades r ornare illas. nam orige. dicebat lampades eẽ naturalia organa. totũ aũt corpus organũ est aīe ad opationẽ r sic dixit hylari⁹ sup matħ. s. Lãpadarũ assũptio aīarũ est reditus in corpa. Accipiẽdo aũt ꝺ aduẽtu ad mortẽ r pulsatõe pcedẽt est magis adhuc plan̄. qr posit̄ q̄ p dei interiorẽ pulsationẽ excitant̄ anime bonorũ aut malorũ: ornãt lampades. id est pscientias: qr lampades pscientie sunt vt dictũ est. s. r in illis est oleum. i. bona opera. q aũt in pctõ erat r vocat̄ a xpo lampadẽ inornatã habet: qr habet cõscientiam immũdã: r tũc eã mundat purgãdo a vitijs r virtutib⁹ aptãdo. ¶ Querit̄ qd est q ꝺr q fatue sapientib⁹ dixerũt date nobis de oleo vestro. ¶ Dom̄ q in parabola rem veristimilẽ dicẽt. nam parũ de oleo stulte virgines secũ tulerãt in lampadib⁹: r tũc veniẽte sp̄o deficiebat. prudẽtes aũt ad sufficientiã habebãt: iõ petiuerũt fatue a sapientibus quasi recepture: r tñ non receperũt. Applicãdo aũt ad sensum xpi aliq dicũt accipi de aduẽtu ad mortez sc̄z q fatue petũt a sapientib⁹. i. hoīes q dum in sclo viuerẽt nulla bona opa egerũt cũ qbus xpo spōso occurrere possint cum iam venit sponsus. i. est mors in ianuis cõmẽdãt se aliqbus viris bonis adhuc viuẽtibus quasi precib⁹ eorũ r meritis saluãdi sint. r ita oleum bonor operũ quod ipsi nõ habuerunt ab alijs expetũt: r opa aliena nõ pñt iuuare eos ad intrandũ in vitam eternã. Sed ꝺm̄ q ista applicatio ex pte tenet et ex pte deficit. q enim non curauerit qs dum viueret bonum opari quo posset occurrere xpo q̄si cum lumine recte similat stultis virginib⁹: r q opa alior putet sibi ad salutẽ sufficere si nulla ipse hz stultitia est: qr nichil de bonis pprijs habentẽ aliena bona nõ solũ nõ adiuuãt: imo ei nõ pſũt. r si credat non habẽs charitatẽ q p alienã charitatẽ põt saluari falsũ est. r si ipse habeat charitatẽ r tñ pauca opa credere q aliena opera possunt ei pdesse ad gradũ gl̄ie falsũ est. r tñ in aliquo credit iste recte cõmẽdando se ꝺ omibus r bonis operib⁹ bonorum virorum. ¶ Circa quod sciendũ q moriturus q aliena bona petit aut charitatem habet aut non. si non habet stulte petit: quia non solum non applicabuntur ei ad sufficientiã salutis: imo nullo modo pderunt ad salutem: quia sine charitate non est salus. si autẽ charitatem habeat. s. si ex pulsatione illa ad se conuersus charitatem acceperit. r ideo bonorum alienorum adiutorium petit. aut petit vt per hec quasi p opera propria gradum aliquem glorie habeat. r tunc stulte petit: quia nemo pro alio potest mereri. r ideo nemo habebit maiorem graduz glorie q̄ per actus suos meruit. vnde si totus mundus pro eo oraret: aut quicquid est in orbe in elemosynam pro eo daretur: non mereretur nec acciperet maiorẽ gradum glorie q̄ ipse viuens per actus suos meruit. r ita nemo

potest cōmunicare alteri actus proprios ad merendū p illos sed cuilibet tantū debebit de gloria quantū p actus suos meruit: licz illos alteri cōicare voluerit. Si tñ ideo quis se commendet orationibus alterius vel bonis operib⁹ eius vt p hec a pena liberetur recte credit. ad hoc enim ꝓsunt oīa suffragia ecclesie ꝛ singularū personarū: vt si mortui sunt illi ꝓ qb⁹ ora tur aut bona opera fiunt liberent citi⁹ a pena: qz minuit eis p ea que p eis fiunt. Si aūt viuētes sunt illi ꝓ qbus suffragia vel bona fiunt, ꝓsunt enim ad multa: sed nō ad merēdum eternam vitā, ꝓdesse enī ad liberationē a periculis aut ad liberationē a pctō: aut augmentū bonoꝝ tēporaliū: aut ad hoc vt deus det illi p quo oratur maiorē grāz q̄ alⁱs daturus erat. ꝛ tunc p maiorē charitatē sibi datam magis merebit in operationibus ꝓprijs. sed nunq̄ potuit mereri p operationes alienas. Accipiēdo aūt de aduētu ad iudiciū ꝛ de bonis ꝛ malis resurgentib⁹. est sensus q̄ mali resurgētes ꝛ cōscientiā suā inquirētes nichil ibi inueniāt de quo deo placere possit vt eos admittat ad btitudinē: ꝛ tūc de meritis bonorū aliqd cōicare vellent: per quod ipsi quoqz xpo occurrerēt ꝛ intrarēt ad nuptias. ꝛ tñ nichil tale recipiūt: qz neqz alijs seipsis participare pñt. ¶ Sciendū aūt q̄ hz in parabolica narratiōe realit accident q̄ virgines fatue nō habētes oleū petiuerūt illud a sapientib⁹ ꝛ non receperūt: nonerit sic in iudicio ꝛ resurrectiōe: qz reprobi nichil petent ab electis sibi cōicari: ꝛ scient etiā non sibi posse cōicari: neqz illud tunc desiderabunt cum ꝓsciāt esse impossibile, qm̄ anteq̄ ad iudiciū veniāt iam dānati sūt ꝛ penas suas tolerāt. sed ponit ad tollendū ignorātiā nostrā nūc. s. ne putemus q̄ in die iudicij si ꝓpria bona nō habuerim⁹: possemus accipere a sanctioribus p que nos ipsi sācti videamur aut efficiamur, nam nō erit ibi cōicatio meritorū sicut nūc est cōicatio pecuniarū ꝛ aliorū bonoꝝ. ꝛ iō fuit conueniēs introduci q̄ virgines fatue oleum petūt. ꝛ prudētes nō cōicant eis illō

Q°. 31. ¶ Sed quereⁿ qd est quod dicunt fatue virgines lampades nostre extinguūt? ¶ Dōm q̄ ponitur p cā petendi. dixerant enim: date nobis de oleo vestro. ꝛ ne sine causa petere videāt dixerūt: date nobis de oleo vestro qz lampades nr̄e extinguūtur. Ad parabolā aūt sic realiter fuit. s. fuerat oleū in lampadib⁹ fatuarū sed paucū: ꝛ ardebat q̄uisq3 veniret sp̄ōsus. sz cū morā faceret sp̄ōsus consumptū est oleū. ꝛ iō cuz facto clamore surrexerūt: viderūt quasi nichil olei esse in lampadib⁹: ꝛ sic illas extingui. Applicādo aūt ad sensum quē xps vult si intelligam⁹ de aduētu xp̄i ad mortē ꝛ clamore p̄cedēte q̄ est pulsatio mentis inueniunt tūc hoīes q̄ ante fuerāt in pctō se vacuos lumine diuine gratie ꝛ oīb⁹ operib⁹ bonis. ꝛ ideo dicunt lampades nostre extinguūtur. i. extincte sunt: qz in conscientijs nostris nullū bonum inuenim⁹. cōicate ergo nobis de oleo vestro vt possint lucere lampades cōsciētiarū nostrarū ex opib⁹ vestris. Accipiēdo aūt ꝓ aduētu ad iudiciū quasi idem mod⁹ applicatiōis est. s. qz inueniēt q̄ mala egerūt conscientias suas vacuas oī bono testimonio quo pñt cōparere ante deū. ideo dicunt lampades nostre extinguūtur. ꝛ sic petēt testimoniū prestari ab alijs de ipsis: cum ipsi de seipsis nō valeant testimonium reddere. sic dicit gregor⁹. Sed lampades fatuarū virginum extinguūtur: qz earū opera que clara hoībus foris apparuerāt in aduētu iudicis intus obscurant. vñ fatue dixerūt date nobis ō oleo vestro: qz lāpades nr̄e extinguūtur. Quid aūt est q̄ tūc a prudentib⁹ non acceperūt ꝛ petunt: nisi q̄ in aduentu iudicis cum se vacuas intus inuenerit testimoniū foris querūt ac si a sua fiducia decepte ꝓximis dicāt: qz vos quasi sine ope pelli cōspicitis: dicite de vestris opibus qd vidistis. ꝛ aug⁹. li. de verbis do. ait: De ꝓsuetudine enī id semp inquirit de quo gaudere anim⁹ solet. itaqz hoīum q̄ cordā nō videt testimoniū volūt habere apud deū q̄ cordis inspector est. sz quorum facta aliena laude fulciunt eadē subtracta deficiūt. vnde ꝛ earum lampades extinguūtur. vel virgines q̄ lampades suas cōquerunt extingui ostēdūt eas lucere: ꝛ tñ nō bñt lumē in deficiēs neqz opa ꝓpetua. Si qs q̄ hz aīam virginalē ꝛ amatorē est prudentie: non debet mediocriter esse content⁹ his que cito exarescūt ꝛ cito caumate arefiunt: sed pfectas virtutes sequatur vt lumē habeat sempiternū. ¶ Querit quare virgines prudentes nō cōicauerūt oleū suū fatuis. ¶ Dōm q̄ applicādo ad sensum quē xps intēdit ōr q̄ prudētes nō cōicāt fatuis qz nō pñt. nam si accipiat de fatuis ꝛ prudētib⁹ dum adhuc viuūt ꝛ morituri cōmēdāt se meritis bonoꝝ quasi p illa ipsi possint mereri: nō pñt boni cōicare merita sua illis vt per ea ipsi mereant vitā eternā. ꝛ ita xps introducit ista hic oīno q̄si aliqs petat hic merita alteri⁹ aut petitur⁹ fit: sed ad ostēdēdum q̄ etiā si peterent nō possent ꝓcedi. vñ dicit nō ꝓcedi cū petitur id quod ꝓcedi non posset si peteret. Sz obijciet qz cōcedi pñt bona opa vni⁹ alteri ad remissionē penarū: vt dictū est. s. Dōm q̄ hoc nō ꝓdest: qz aut agit de aduētu xp̄i ad iudiciū aut ad mortē singulorū. Si p̄mo modo nō tenet. primo qz merita vni⁹ non ꝓsunt alteri q̄tum ad habēdū vitā eternā ꝛ tamē ibi est status ad illā habēdā. Secūdo qz bona q̄ latisfactoria sunt ibi nulli tunc ꝓsunt: ita q̄ satisfactio p penas est q̄ntum ad eos qui in purgatorio sunt. ꝛ hoc est vsqz ad die⁹ iudicij. post illum aūt diem est tempus ꝓpetui gaudij aut ꝓpetue pene ꝛ nō alicuius satisfactiōis. q̄ sola bona meritoria peterētur ibi cōicari: ꝛ illa nō cōicant. Si aūt accipiat de aduētu ad mortē dōm q̄ etiā ibi nō pñt viuētes morituris ꝓcedere merita sua ad vitā eternā: qz illa non sunt cōicabilia. Cum aūt dicitur q̄ pñt cōicari bona satisfactoria ad relaxationē penarū. dicendū q̄ verū est. ꝛ tñ nō pōt intelligi q̄ oleum quod hic petunt fatue fit trāslatio bonoꝝ satisfactoriorū. sed necesse est accipi p bono meritorio quod vere trāsferret ad aliū sicut oleum datum facit lumē in aliena lampade. ideo verū est q̄ nec etiam pōt dari oleum a prudētib⁹ inter viuētes. ¶ Querit de causa data. s. Ne forte nō sufficiat nobis ꝛ vobis: quomodo cōueniat ad ꝓpositum. ¶ Dōm q̄ q̄tum ad parabolam cōuenit: qz multū oleum expēderāt prudētes morā faciente sp̄ōso ꝛ adhuc mālure cum eo illa nocte: ꝛ si cōicare vellēt fatuis virginib⁹ forte neutris sufficeret. iō nō erat ꝓueniēs cōicari. Sed q̄tū ad significationē ē dubiū quō sit verū. dōz q̄ verū est q̄ nō sufficeret vtrisqz oleū si diuideret. i. meritū bonoꝝ operū. sz dōm q̄ aut accipit q̄tū ad viuētes volētes cōicare merita sua morituris. aut q̄tū ad mortuos bonos ꝛ malos sit exūtes. de p̄mo dōm q̄ nō sufficiūt merita si diuidāt. qz nemo pōt aliqd alteri dare quousqz habeat. sz viuēs nemo hz securā merita vite eterne. qz q̄diu viuit pōt illa pdere ꝛ nō est secur⁹ de btitudine. iō q̄ p se nō est secur⁹ nō pōt alteri ꝓstare q̄ de eo circa qd nō est iecur⁹. Secūdo qz nemo pōt alteri dare nisi de eo qd supabūdat ei. ꝛ tñ nulli⁹ merita supabūdāt ei: qz quātūcūqz qs mereat maior ē vita eterna q̄ merita. ad ro. 8. c. Nō sūt ꝓdigne passiones hui⁹ tp̄is ad futurā gl̄iaz q̄ reuelabit in nobis. Tertio qz nemo ꝓpe dare pōt nisi de eo qd suū est: merita aūt nō sūt nr̄a: qz de⁹ dat nobis mereri inq̄tuz charitatē nobis infundit quātā vult. et tunc fm mēsurā charitatis est mēsura meriti. iō diuidere et cōicare meritū nostruz nō est in ptāte nr̄a sz in ptāte dei q̄ nobis mēsurā mercēdi dat. Sec⁹ aūt est de actiōib⁹ satisfactorijs: qz hoc cōpetit actiōi in quantum est laboriosa. labores autem sunt a nobis inquantū nos illos toleramus. merita autem sunt a deo: cum sint ex radice charitatis. ideo non sufficiūt nobis nostra merita ad hoc q̄ illa possimus cōmunicare. Quarto potest dici q̄ non sufficiunt merita nostra si diuidantur. quia cuilibet fm merita sua respondet gradus premij. et tamen si aliquid tolleretur de quantitate illius meriti non correspondet sibi premium p̄dictum. ideo minus dandum erat. et ita videretur iniuste factum q̄ acciperet quis minus q̄ meruerat. Si aūt accipet p̄ fatū p̄miū diminuto merito nō eēt cōmēsuratio: ꝛ sic dareⁿ p̄miū sine merito: qō incōueniēs est. Ex hoc apparet q̄ nō sūt increpāde virgines prudētes quasi īmisericordit se habuerint

quia non egerũt hoc ex auaricia: sed quia non erat possibile fieri talem cõicationẽ. ⁊ etiã nemo debet ꝓfidere de suis meritis ꝙ tanta habeat vt alijs possit distribuere sibiipsi sufficiendo. sic dicit iero. sup matħ. ¶Non enim he virgines prudẽtes hoc de auaricia: sed de timore rñdẽt. vnusqsq3 enĩ ꝑ suis operibus mercedẽ recipiet. nec pñt in die iudicij aliorũ virtutes aliorũ vitia subleuare. de hoc etiã crisо. in omeł ait. ¶Non solum he virgines stulte erãt qñ hinc recesserũt misericordia carẽtes: sed quia estimabãt se accepturas vbi importune quesierunt. ꝙuis aũt alijs virginib⁹ prudentib⁹ nichil misericordi⁹ sit que ꝓpter misericordiã fuerũt maxime approbate: non tñ stulte virgines sua petitiõe potite sunt. respõderũt enĩ: ne forte non sufficiat nobis ⁊ vobis. hinc aũt dicim⁹ qz nullus nr̃m adiscere poterit ibi operib⁹ cum qbus inuẽti erim⁹. ¶Quere-
Q.° 34 ritur quõ cõcordat qõ dr̃ ite poti⁹ ad vẽdentes ⁊ emite vobis ¶Dom ꝙ ꝙtum ad parabolã planũ est. sed ꝙtum ad applicationẽ dicũt aliq ꝙ debet legi poti⁹ ꝑ redargutionẽ ⁊ insultationẽ ꝙ ꝑ modũ consilij. q. d. cum fueritis insipiẽtes non ferendo oleũ: ite nunc ad vendẽtes. i. ad adulatores a qbus gloriã mũdanã capiebatis. sic dicit aug⁹. li. de verbis dñi. nõ fũt putãde dedisse cõsiliũ sed crimẽ earũ ex obliquo cõmemorasse. vendũt enim oleũ adulatores q siue falsa siue ignorata laudando animas in errore mittũt. ⁊ eis vana gaudia tanꝙ fatuis cõsiliando aliquã de bis mercedẽ comodi tẽporalis accipiunt. dr̃ ġ: Jte poti⁹ ad vendẽtes ⁊ emite vobis. i. videam⁹ qd nunc vos adiuuẽt q vobis laudes vẽdere cõsueuerũt. dicunt aũt ne forte non sufficiat nobis ⁊ vobis: qz alieno testimonio nõ adiuuat qsq3 apud deũ cui secreta cordis apparẽt: ⁊ vix qsq3 sufficit sibi cui testimoniũ phibeat cõsciẽtia sua. Sz dõz potius ꝙ ꝑ modũ cõsilij hoc dictũ est. naz in sensu parabolico ita accipit. sic dicit iero. sup matħ. ¶Dant aũt prudẽtes fatuis cõsiliũ ꝙ nõ debeãt sine oleo lampadarũ sponso occurrere. ⁊ idẽ tenẽt hyla. ⁊ crisо. ¶Dom ġ ꝙ si particula ista applicãda est ad sensum ẽpi: accipiẽda est ꝑ modũ cõsilij ⁊ nõ insultatiõis. ⁊ accipietur ꝙtum ad morituros quos de⁹ pulsat ⁊ timore mortis ad se cõuertit. tunc enĩ inuenietes se oĩbus bonis meritis vacuos: cõmẽdant se meritis sanctor̃ viuentiũ quasi illorum merita possint trãsferri in ipsos vł̃ pars illorũ. prudẽtes aũt id est predicti sancti viri respondẽt ꝙ merita ꝓpria nõ sufficiunt eis. ꝙto magis deficient si distribuere voluerint alijs: ſz suadẽt recurrere ad venditores olei. i. meritorũ. isti enim sunt pauperes q nobis merita vẽdunt. s. qz per hoc ꝙ eis benefacimus meremur: ⁊ ita rectũ cõsilium eis tribuũt. sic dixit daniel nabuchodonosor regi. dañ. 4. c. s. Cõsilium meum regi placeat: pctã tua elemosynis redime. ⁊ iniqtates tuas miseri cordijs pauperũ. sic dicit hylar⁹ sup matħ. s. Venditores hi sũt q misericordia fideliũ indigẽtes: reddũt ex se petita comercia indigẽtie sue satietate boni opis nostri cõsciẽtiam venũdãtes. hec enim est indefessis copiosa materia: que nunc misericordie fructib⁹ emẽda est ⁊ recondẽda. ⁊ crisо. in omeł. dicit. Vides ġ quanta nobis sit a pauperib⁹ negociatio. pauperes aũt non sum⁹ ibi ſz hic. ideoqz hic oleum cõgregare oz vt vtile sit illic cum tempus nos vocet. ⁊ iero. sup matħ. ait. Vẽdit ⁊ hoc oleum ⁊ multo emit precio ac difficili labore ꝙquirit: ꝙ non solũ in elemosynis sed ⁊ incunctis virtutibus ⁊ cõsilijs intellgim⁹ magistrorũ. ⁊ sic vult ieronym⁹ cõsistere oleum in oĩbus operibus bonis q̃ ex habitudine ad alios habẽtur aut fiũt: quasi ab alijs oleum accipiam⁹ emptũ. ⁊ iõ ꝙtũ ad istaz applicationẽ aliqualit̃ stat. qz viuẽtes morituri pñt adhuc p opa misericordie aut quelibet alia bona emere oleum a vẽdẽtibus. i. bonã habere operũ conscientiã cum qua appareant coram xpo. Sz non poterit applicari ad aduẽtũ xpi post mortem in iudicio. tum qz nemo erit ibi qui iaz mereri possit qõ pri⁹ nõ meruit. hic aũt semp mereri possum⁹. tum qz nemo ẽ cui misericordia impẽdi põt vt ab eo oleum ematur. Sz adhuc dom ꝙ melius est non applicare particulã istã ad signifi cationẽ: ſz solũ ad parabolã. ¶Querit quõ stat qõ dicit dñs aũt irent emere venit sponsus ⁊ q̃ parate erãt intrauerũt cuz eo ad nupcias. Dici põt vno mõ ꝙ dicat istud ad significandũ ꝙ virtutes ⁊ bona opa quõcũqz fierẽt ꝑdessent ad vitã eternã ⁊ tñ post mortẽ iã nemo talia facere põt: iõ nõ põt sibiipi ꝑdesse mortuo⁹ qui nõ ꝓfuit viuẽs. ponit tñ ite ad vẽdentes ⁊ emite vobis. q. d. quõcũqz vos possetis habere ꝓsciẽtiã bonã: etiã si ab alijs emptã acciperetis eẽt vobis salus. inquãtũ aũt dicit ꝙ dñ irent ad emendũ venit sponsus: inuit ꝙ nõ põt post mortẽ bona ꝓscia acgrí que in vita nõ fuit habita. ⁊ iõ frustra est q̃rere. sed admonemur ꝑ hoc ꝙ viuẽtes illã acgram⁹. sic dicit iero. sup matħ. verũ qz iã emẽdi tps excesserat ⁊ aduenietẽ iudicij die locus nõ erat pñie. nõ noua opa patrare sed ꝓteritor̃ rationẽ cogunt exsoluere. Alij aũt dicũt ꝙ ire ad emendũ bona opa siue oleũ est inclinari ad fauores mũdanos ⁊ adulationes. ⁊ tales nũꝙ recipiunt ad nuptias eternas qz dñ bis vanitatib⁹ occupant venit mors ⁊ rapiunt sine fructu boni opis ⁊ pereũt: nõ recepti ad vitã eternã. sic dicit augu. li. de verbis dñi. s. euntib⁹ illis emere. i. inclinãtes se in ea q̃ foris sũt ⁊ solitis gaudere q̃rentib⁹: qz gaudia eterna nõ nouerat venit ille q iudicat ⁊ q̃ parate erant. i. qbus testimoniũ coꝝ deo ꝓscia ꝓhibebãt intrauerũt cũ sponso ad nuptias. Alij exponũt de viuentib⁹ parũ post morituris q semp male vixerũt: ⁊ dum posłea aliqd boni agere studẽt: capiunt anteꝙ agant. sic dicit crisostо. in omeł. s. per hoc qõ dicit dum irẽt emere. ostẽdit quia ⁊ si misericordes efficiamur post mortẽ: nichil lucrabimur ad effugiẽdũ. sicut nec diuiti plũnt apud inferos ꝙ factus est sol licitus ⁊ misericors circa eos q sibi attinebãt. Vel dicit: dum irent emere. est enim inuenire quosdã q quãdo debuerunt neglexerunt discere aliqd vtile. in ipso aũt exitu vite sue dñ disponunt discere comprehẽdunt a morte. Alij pñt dicere ꝙ nõ accipiat ista particula nisi ꝙtum ad sensum parabolicum: ⁊ ꝙ nõ exponat in sensu ptinẽte ad intẽtionẽ xpi. Alio modo põt accipi vt documẽtũ ꝓtra illos q bona opa in fine vite incipere volunt: que tũc non pñt finire morte poccupati. s. ꝙ nõ sperent inchoare illa in fine vite sed ꝑ totã etatẽ illã. ⁊ hoc est verꝙtum ad opa per que intendũt ꝓficere in bono. Secus autẽ ꝙtum ad opus cõuersiõis: qz illud in quacunqz parte etatis ꝙuenies est etiam in articulo mortis. imo ibi maxime ꝑdest, Q.° 36
qz ꝑ hoc tota ꝓterita mala vita abolet. ¶Querit quõ dr̃ ꝙ virgines prudẽtes q̃ parate erant introierũt ad nuptias cum sponso: ¶Dom ꝙ ꝑ vtroqz statu verũ est: sicut etiã in parabolico sensu. Applicãdo aũt ad sensuz xpi verũ est ꝑ statu mortuorũ: qz in die iudicij illi q inuẽti fuerint parati. s. cum bonis operib⁹ ⁊ digni vita eterna introibũt ad illam. q non fuerint parati nõ habebũt tunc locũ pñie quasi tũc redirẽt ad seculuz ⁊ bona opa facerẽt qbus mererent vitam eternã. Etiam verum est de morietib⁹. s. ꝙ morietes q in ipso mortis articulo nõ fuerint parati ad vitã eternã nunꝙ habebũt illã. ⁊ dicitur parati ꝙtum ad meritoria opa. secus ꝙtum ad satisfactoria. nam aliq morient debitores pene cuiusdã. s. purgatorie. ⁊ tñ qz charitatẽ habebũt dicent digni vita eterna ⁊ parati: ſz illaz non habebũt statim: sed postꝙ compleuerint satisfactionem in purgatorio. Accipiẽdo ĩ sensu quẽ xps intẽdit vocant nuptie ꝑ vtroqz mõ. s. ꝑ statu in die iudicij: qz boni intrabũt in eternam btitudinẽ q̃ dr̃ esse nuptie. qz nuptie vocant celebritas q̃dam in ꝙunctiõe sponsi ad sponsam. sed ibi tota ecclia bonorũ simul intrabit vt ꝙuncta maneat xpo ꝑm btãm visionẽ ĩ qua est sũma iocunditas. iõ oẽs qui tũc recipient dicent intrare ad nuptias. Si aũt accipiat ꝑ statu morientiũ est sensus ꝙ morientes in charitate q dicunt esse parati intrãt ad nuptias: quia ſz sole ase tunc trãseant: tñ statim xpo coniungunt: que ꝙunctio est nuptie. ⁊ ista ꝙunctio vel est in re. s. ꝙtum ad illas animas que sunt libere ab oĩ debito satisfactiõis ⁊ pctĩ: que statim trãseunt ad beatitudinẽ. vel in certa spe. s. ꝙtum ad alas que decesserunt in aliquo onere satisfactiõis habẽtes tñ cha-

ritatē: qz isti puniūt in purgatorio aliqñ diu: certissime tñ ad
btitudinē recipiēdi sunt: ⁊ ideo statim dicunt intrare ad nup-
cias. ¶Querit q̄re dicit ⁊ clausa est ianua? ¶Dicendū qp q̄n
Q°.37. tū ad parabolā ita fuit. s. qp cū esset media noz qñ venit spon
sus ⁊ introiuit ad nuptias fecit claudi ianuā: qz nō erat securū
temp⁹ illud ad hoc qp pateret porta. accipiēdo aūt in sensu xpi
imuit qp post diē iudicij nō est locus intrandi ad vitā eternaz
ſſā sicut ante mortē xpi dicebat esse clausa ianua: ⁊ iō nemo
illuc intrauerat qz nōdū xps p sanguinē suū aperuerat portā:
Jta post diē iudicij erit clausa ianua: qz nemo illuc poterit in
trare. ⁊ iō virgines fatue q̄ postea veniunt non recipiunt: qz
clausa est ianua. ſſā post diē iudicij nemo erit nisi aut in infer
no aut in vita eterna. sed q est in inferno nunq̄ recipit ad vitā
eternā. iō nemo ītrabit post diē iudicij illuc qz clausa ē ianua.
Est etiā rō hui⁹ alia: qz q in die iudicij nō fuerit recepti ad vitā
eternā nō erūt dispositi. ſz q tunc nō habuit bona opa p q̄ me
retur vitā eternā nō poterit postea illā mereri. iō nemo intra
D.°300 exempla ostendit in li. de cura agēda pro mortuis. ¶ Queritur nunc cum sit supra dictum de purgatorio igne. quare nō punitur ibi corpus cum anima: ¶ Dicendum q̄ non puniuntur anime cum corporibus in purgatorio. non quidem quasi repugnet conditioni illius pene esse simul in corpore ⁊ anima. Nam illa est sicut pena gehenne. Nam ignis idem vt ait Greg. ē ī quo ardēt dānati ī gehēna ⁊ purgant electi in purgatorio. ⁊ tamen in illo igne gehenne ardebunt aliquando viuētes homines. ergo ⁊ in igne purgatorio possent ardere homines viuentes. Sed ideo ibi non ardent corpora: quia tunc quando sustinent pene purgatorie manent sole anime. s. quando solute sunt anime a corporibus statim post mortē. ideo nō possunt torqueri ibi nisi anime. īmo pena purgatoria nunq̄ est quādiu corpus ⁊ anima simul sunt: quia ista reunientur in iudicio. ⁊ post iudicium non durabit pena illa. Sed dicendū q̄ non est inconueniens q̄ sola anima sustineat hanc penam. ga non est sicut de pena inferni. Nam premium paradisi ⁊ ignis gehenne dantur vt pena ⁊ premium ⁊ sunt retributio simpliciter ⁊ constituunt statum: quia sunt aliquid vltimū. pena autem purgatoria non datur vt pena: sed vt purgatorium: ⁊ non est vt status: sed vt dispositio ad statum vite eterne. ideo non est inconueniens q̄ anima sola suscipiat illam: vt disponatur ad statum glorie. Secus de pena gehenne ⁊ retributione glorie. quia ad hoc debet participare corpus qđ participauit in peccato ⁊ opere meritorio. Secundo quia nō minuitur aliquid de diuina iusticia aut pena debita pro peccato. nam quantum peccato debetur de pena in purgatorio ⁊ tolerarēt illud corpus ⁊ anima simul si vnita essent: tantum sustinet sola anima ergo non est inconueniens sic fieri. Tertio ⁊ precipue: quia si hoc esset iniustum: ideo esset quia corpus haberet priuilegiū q̄ non puniretur cum cooperaretur ad peccatum. ⁊ tamen non est verum. quia corpus non peccauit. ideo nō debetur ei pena neq; premium. Vnde aut considerat corpus per se aut coniunctum anime. si per se planum est q̄ peccare non potest quia nullam operationem habet. etiam pena aut premium ei accidere non potest: quia non sentit. ideo non est petendum de eo quasi per se ponatur in purgatorio. Si accipiatur corpus vt coniunctum anime non meretur aut demeretur neq; est ei debita pena aut premium: quia corpus non est ipsum operās sed homo. Etiam non est motiuum vel principium operationis sicut anima per intellectum ⁊ voluntatem que ponuntur principium omnis actus humani. 6. Ethi. sed est organū motum quo anima operatur: vel est pars hominis mota simpliciter in operatione humana ⁊ nō mouens ad illam. ideo neq; corpori vt est coniunctum debetur pena aliqua vel gloria. et si ei datur non quidem vt meruerit: sed inquantū datur bonum vel malum homini: cuius vna pars essentialis est corp⁹ ⁊ ita deriuatur in corpus vel suscipit illud homo per corpus de anima secus est: quia licet illa sit pars hominis: potest esse vt totum ⁊ agens. Nam potest anima considerari vt separata vel vt coniuncta. si vt separata potest per se agere. īmo cōpetit ei actio: quia est substantia separata sicut demon ⁊ angelus. ⁊ posset peccare ⁊ mereri sicut angelus ⁊ demon nisi eēt constituta in statu. quia neq; nunc demones ⁊ angeli peccant aut merentur: quia in statu sunt. ⁊ ideo tunc directe responderet ei pena ⁊ premium sicut homini vel supposito agenti. Si consideretur anima vt coniuncta corpori est principium operationis humane: ⁊ non est vt mota: sed vt mouens per libertatem. ideo competit ei premium ⁊ pena: siue vt est totū siue vt pars directe. corpori autem non: quia non habet eandem habitudinem. etiam quia anima separata potest suscipere penam cum sentiat. corpus autem non potest suscipere: qa non sentit etiam si penam meruisset. ideo multū dissimile est: corpus quoq; coniunctum anime penam nō suscipit: quia nō sentit. Nam sensatio hominis est non corporis: ⁊ virtutis anime est velut principij: quia per virtutem sensitiuā sentimus: que est virtus anime quā anima influit in organa. Sz cōsiderandum pro veritate huius q̄ eius est pena ⁊ premiū cuius est meritum ⁊ demeritum. verum est autem q̄ anima separata posset p se peccare ⁊ bene agere. sed nunq̄ peccat neq; meretur. ⁊ hoc per accidens: quia est in statu. ideo peccare ⁊ mereri est hominis. ⁊ consequenter pena ⁊ premium que eis respondent sunt hominis. purgatio autem licet non detur precipue in penam: sed in expiationem: est tamen quedam pena. ideo debet esse hominis. ⁊ consequenter non debet puniri nisi homo. vnde si anima esset solum vt pars hominis: licet maneret post mortem non purgaretur neq; puniretur vt homo puniendus erat. sed vel fieret purgatio in vita vel post resurrectionem. sed anima post mortem est vt homo. ideo cum ipsa punitur idem est ac si homo qui est ipsum coniunctum puniretur. ⁊ hoc non est quasi dicamus id quod Plato. s. q̄ anima sit totū esse hominis ⁊ ipsa sit homo: ⁊ corpus sit aliud cōtūctum anime vt non pertinens ad speciem: sed motum ab ea sicut nauis a nauta: ⁊ vestis ab homine: quia hoc falsum est. sed licet corpus ⁊ anima pertineant ad essentiam hominis. hoc modo quia est vnum ens habet vnum esse. ⁊ istud esse est anime. anima enim est forma excellens habens magnam similitudinem ad deum. ideo non solum est forma: sed etiam ens. nam in ceteris compositis forma non est ens: neq; habet esse. sed est id quo compositum est. ⁊ ideo pereunte composito forma non manet: q; nunq̄ habuit esse: sz cē erat compositi. Anima vo etiam in corpore manens esse habet. ideo illud manet ei cum compositum perijt. ⁊ quia compositum. s. homo non potest habere duo esse cum sit vnum ens: necesse est q̄ non sit aliud esse hominis quo homo actu existit q̄ esse anime quo existit. sed istud esse manet integrum in anima post mortem. ergo lz homo moriatur totum esse hominis manet. ⁊ consequenter anima que iam separata est subsistens ⁊ ad modū suppositi retinet quicqd ad hominē ptinet. i. meritū ⁊ demeritū: penam ⁊ gloriam. quia in ea manet totū esse hominis: licet ipsa non sit homo. ⁊ ideo sicut homini viuenti pro bonis preteritis debebatur vita eterna. ita ⁊ anime separate in qua reseruat esse totum hominis debetur ipsa eadē gloria. i. manet idem debitū numero sicut est idē meritū numero ppter idem esse. ita ⁊ sic homini pro mortali debebat pena eterna debet anime separate eadem pena eterna. Sed accidit interdū deberi viuenti homini quandā penā temporalem. ideo si in illo statu decedat manebit idem debitum in anima ⁊ sustinebit illā penā: ⁊ hanc vocamus purgatoriā. ⁊ sic anima sustinebit penam purgatoriam sola. nō quasi pars hominis: sed vt habens totū esse hominis. Corpus aūt non retinet totum esse hominis. īmo neq; aliquod esse: quia statim post separationem transit ad aliā speciem. ideo non potest corpus puniri p homine neq; pro se ipso si aliqua pena posset esse ei debita. Et hoc modo fit ī penis damnatorū. Nam pena eterna debetur p mortali qđ commisit homo. ⁊ tamē mor. vt anima separat a corpore si decedit homo ī mortali anima incipit pati penam gehenne. ⁊ hoc non propter aliud nisi quia in anima manet totum esse illius hominis: si illi homini erat debita pena eterna. ideo anime que est nunc debita: ⁊ ipsa sustinet illam quasi homo maneret. ⁊ de hoc poterit fieri eadem questio que fit de anima que patitur penas purgatorias quare sola patitur. Sed dicendū q̄ tam

ad penam q̄ ad p̄miū habet se anima loco totius hominis. ⁊ quando querit quomodo anima patitur sine corpe p peccato quod cōmisit incorpore. aut hoc querit quasi ī penis nō impleatur diuina iusticia dando minorē penā anime q̄ daret anime ⁊ corpori. aut quia fit iniuria anime quasi sustineat penam pro corpore. aut quasi fiat priuilegiū corpori q̄ exculet a pena ei debita. non fit tamen aliquid istorum. ideo non est iniustum q̄ sola anima paciat in purgatorio aut gehenna. ℣ De primo patet q̄ nō fit. quia tantā penā de⁹ potest dare soli anime quantā daret corpori ⁊ anime. ideo nō est aliqua alleuiatio. nā ⁊ hoc fit in penis damnatorū: quia nunc sole anime torquentur: ⁊ post iudiciū totus homo. sed nō erit tunc maior pena corpori ⁊ anime simul q̄ nunc pena anime solius. ⁊ ratio est: quia non debet augeri pena. nisi augeat peccatū. ⁊ tamen post separationē anime nō peccant. ergo non debet augeri pena. Et sic tanta est pena solius anime sicut totius ꝯiuncti. ℣ De secundo patet: quia anima nō suffert p corpore. Primo quia corpus non peccauit. ideo nullus potest pro eo penā tolerare. Secundo quia dato q̄ aliqua pena deberet corpori. anima non sustinet illam quasi sustineat penā suā ⁊ alienam. ℣ Alias hoc faceret si anima sustineret penā vt pars. sustinet tamē illā vt homo. s. in q̄tum manet in ea totū esse hominis. sed totum tenetur p partibus cū illas cōtineat. ideo non est iniustū q̄ p illis pateretur. si aliqua pena deberet ptibus vt partibus. etiam quia anima separata cōtinet ⁊ seruat illud esse idem numero quo corpus actu existebat: ⁊ erat humanū quādo ad operationes illas demeritorias cooperabat. ideo nō est iniustum q̄ p illo pateretur. ⁊ hoc non est plus de pena purgatoria q̄ de pena inferni. ℣ De tertio etiā patet: quia nullū priuilegium fit corpori q̄ tūc non patiat: quia hoc esset si corpori esset debita pena p illo tempore: ⁊ non daret tunc. sed non est debita p illo tempore neq; p aliquo: quia corpus nō peccauit. ideo etiam si tunc nō puniat nō fit ei priuilegiū. Secundo q⁹ corpus nō est tunc. ideo nō potest pati neq; paciet nisi cum deductum fuerit ad ptícipationem illius esse qō tūc anima habet.

Q.°.301 ¶ Auertēdū q̄ deus poterat dare totā retributionē homini operū suoꝝ sine resurrectione. q⁹ quāta glia debet homini daret anime. ⁊ quanta pena daret homini simul: daret anime soli. ⁊ fieret hoc cōuenienter: q⁹ totum esse hominis manet in anima: ⁊ ita reddit premiū: ⁊ pena ei cui debitū est hoc. secus si alteri daret. ⁊ hoc fieret si corpus p se meruisset ⁊ anima p se. quia tūc necesse erat resurrectionē fieri ad hoc q̄ esset retributio debita. s. ei qui meruit vel demeruit. Fit tamē resurrectio. Primo ꝓpter pfectionē vniuersi. quia licet totū esse hominis maneat ī anima. i. esse quo subsistebat homo. aīa tamē nō est. ⁊ ita deficeret de vniuerso ꝑcipua species corporea q̄ nō est cōueniens. Scō ad complendū desideriū anime. ℣ Nam q̄ uis aīa totā pfectionē recipiat glie quā hō recipet. habz tñ desideriū administrādi corp⁹ cū illa sit naturalit ps speciei humane cuius altera ps est corp⁹. ⁊ accepit illud esse qō habet ī corpore: ⁊ sic q̄si ad qōdam cōplementū beatitudis aīe ptinet q̄ recipiat corp⁹ in resurrectionē. Tertio ꝓpter quandā congruentiā. s. vt sicut in opando fuit corpus instrumētū cōiunctū ⁊ motū ab aīa ita in retributiōe ꝑticipet aliqd boni ⁊ mali eo mō quo ꝑticipat esse anime. Quarto ꝓpter p̄missionez factā. nā nos hoīes existētes legē dei obseruam⁹. ⁊ nobis data est: ⁊ nobis p̄mia p̄missa ⁊ pene cominate sunt. ergo hominibus dz dari premiū: sz nō potest dari homini nisi resurgat. ideo fuit cōueniēs q̄ resurgeret ⁊ ꝑticiparet tā bonū q̄ malum debitū homini. Est aūt aduertendū q̄ sicut corpori non debet p se pena aut gloria: q⁹ non meruit neq; de meruit ita nō dat p se gloria aut pena. sed deriuat in ipm eo mō quo est ps hoīs. ℣ Nā vt dictū est aīe separate dānate dat tota pena q̄ debet homini p peccato. Cū ℣o corp⁹ ꝯiungit aīe nō datur ei noua pena: sed pena aīe manet equalis. ⁊ est eadē pena quā homo sustinet post resurrectionē: ⁊ illa q̄ sustinebat aīa. sz fit de pena ⁊ sensatione sicut est de esse. aīa enī habebat esse totius compositi. pit hō p mortē mānit totū esse in aīa. ad hoc autē q̄ rursus sit hō nō oportet q̄ deducat aliud esse sup ꝑcedēs: sed q̄ corpus deducat ad ptícipationē esse aīe qō fit p vnionem formalē. ideo nō addit aliud sentire ⁊ ꝯsequēter neq; potest distingui pena. sed accipit corp⁹ ab aīa ꝑticipationē illi⁹ eē: ⁊ ꝑticipationē sensatiōis. nō q̄ illud sentiat: sed q̄ p illud vel in illo fiat sensatio. ideo adducit corp⁹ in ꝑticipationē illius pene quā habet aīa sicut in ꝑticipatiōe esse ⁊ sensatiōis ⁊ nō causatur noua pena. Sic est de beatitudie: q⁹ aīa capit deum p intellectū ⁊ volūtatē. ⁊ ideo est beata. corpus aūt nō potest capere beatitudinē illo mō: q⁹ ē ens in materiale. iō nō solū nō accipit p se aliq̄ portionē illi⁹ beatitudinis: sed etiā nō cōmunicatur ei p aīam: q⁹ nō capit: sed cōmunicat ei alius mod⁹ beatitudinis quē capere pōt. s. dotes corporis. i. impassibilitas. claritas. subtilitas. agilitas. ⁊ iste dotes nō sunt aliqua gloria data a deo ipsi corpori in resurrectōe que sup addat in resurrectione. ℣ Nā tūc dicerem⁹ q̄ simpliciter esset tūc maior beatitudo etiā in ēstue. sed falsum est. sed sunt iste dotes quidā refluxus glorie aīe in corp⁹. nā cum anima in esse naturali ꝑficiat corpus: quia vnit ei formalit. ita ⁊ in beatitudine si reunit ei nō solū ꝑficit ꝑfectione naturali illud: sed maiori cū ipsa perfectior valde fit nunc q̄ in esse naturali. nō est ergo beatitudo corporis beatitudo aīe: sed que existebat. cōmunicat tñ corpori. quia sicut corp⁹ p vnionē trahitur in participationē esse aīe ita trahit in ptícipationē cuiuslibet pfectiōis eius eo modo quo est participabilis corpori. Et ideo dicendū q̄ corpori nō debet gloria: sz q⁹ hō resurgit accidit corpori gloria. que licet respectu corpis sit accidētalis. sed respectu dispositionis dei ⁊ meriti hoīs est necessaria. ℣ Nā sz corpus nunq̄ aliqd meruit aut demeruit. hō tñ in corpe existens meruit vt p bona opa que tūc faciebat p̄miaret postea in corpe ⁊ aīa ⁊ p peccatum demeruit vt puniret in corpe ⁊ aīa sicut ipse erat tūc cū demeruit. Sed obiciet q̄ cū hō hoc meruit licet corpi nō fieret iniuria etiā si nō reuniret fieret iniuria homini vel meritz eius. ⁊ ꝯsequēter videt q̄ fiat iniustū ei cū tam tarde reddat ei corpus suū. ¶ Dōm q̄ nō fit: q⁹ merito hoīs debet certū premiū. ⁊ istud reddit integrū aīe separate statī vt beata est: ideo cū iam habeat totū sibi debitū nō fit ei iuria. secus si aliquid minus de gloria daret q̄n est separata. vñ etiā si resurrectio fiat mille annis postq̄ futura est nō magis fieret iniuria sanctis q̄ si fiat tpe suo: vel si cras fieret. est tñ quidam honor accelerare resurrectionē. sicut fuit in corpore bñdicto xp̄i iesu. q⁹ illi in summū honorē datū est: vt nō videret corruptionem ps. 15. ⁊ Actu. 2. c. 10. 40. horis post depositionē resumptū est. sic etiā de corpe dñe nr̄e pie asserit. sed in hoc licet opinari ꝓtrariū si quis ꝓtenderit. ℣ De alijs aūt corpibus sec⁹ est. manent enim in puluere terre vsq; ad vltimā resurrectionē. duz ergo aliquādo reuniant aīabus sicut anime desiderant nichil differt nec est iniustum. ¶ Queritur circa damnatos in gehē Q.°.302
na aut eos qui sustinent penā purgatoriaz an quanto plures fuerint plus habeāt detorm̄eto. ¶ Solet dici q̄ sic. i. q̄ cuilibet augetur pena de malo aliorū ⁊ hoc cōmuniter tenet q̄ dānatis crescant pene p aduentū damnatorū illorū. Scō quia dicunt simile esse de damnatis ⁊ beatis. beati aūt gaudent tanto plus quanto plures fuerint: quia quilibet gaudet ō bono suo ⁊ alterius. ita in damnatis erit. quia quilibet tristabitur de malo suo ⁊ aliorū. sed vnde hoc proueniat dubiū est. Aliq dicunt q̄ puenit hoc ex eo q̄ omnes aīe humane habēt inter se quandā cognitionē: quia sunt de eadē specie. ⁊ ideo cōpatiuntur mutuo sibi ⁊ ꝯsequenter auget dolor ex malo mutuo ⁊ hoc ostenditur: quia diues positus intorm̄etis curā habuit pro fratribus suis quinq;. Sed dicendū q̄ nō stat quia damnati non cupiunt salutē ⁊ beatitudinē viuentiū: sed potiꝰ dānationē: quia cū sit voluntas eorū peruersa crescit in eis iniquitas ⁊ potissime inuidia: ita vt omnibus inuideāt de bono qō

habēt ⁊ vellent ꝙ nemo haberet aliquod bonū: sed omnes essent miseri sicut ipsi vt ostensum est late supra. Cū autē dicitur ꝙ dines cūrā habuit ꝓ fratribus suis ne venirent in illum locum tormentoꝝ. Dicendū ꝙ damnati vellēt omnes homines esse damnatos. ⁊ angelos: ⁊ deū si possibile esset. ⁊ hoc esset eis maior consolacio q̄ꝫ ꝙ aliquis saluaretur etiā si filiⁱ eorū esset. sed quia vident ꝙ aliqui saluarī vellent ꝙ potius saluarentur cōsanguinei sui q̄ꝫ ceteri: qa minus inuident cognatis q̄ꝫ alijs. ⁊ minus dolerent de bono cognatorum q̄ꝫ aliorū ⁊ tamē si scirent ipsi possibile esse ꝙ damnarēt omnes homines: potius vellent omnes damnari q̄ꝫ saluari aliquē. vnō si sui cognati soli possent saluari ceteri damnatis potius vellent illos cum alijs damnari q̄ꝫ eos solos saluari. īmo ⁊ si qs de damnatis sciret ꝙ omnes homines damnandi erant ꝓter filium eius vnicum quē sūme diligebat. illum potius cuiz ceteteris dānari vellet q̄ꝫ solū saluari: vt ostensū est supra. ergo
Q°.303 nō augetur pena damnatis ex hac causa. ¶ Secundi dicunt ꝙ acrescit pena ista. ex eo ꝙ quanto plures damnati sunt: tanto ignis vehementior est qui eos vrit: ⁊ consequenter magis vruntur ⁊ torquent quanto plures damnant. ¶ Sed dicendum ꝙ non stat. Primo qa nō est verꝫ ꝙ quolibet aduenīēte damnato incendatur ignis inferni vt maior fiat: īmo ignis inferni semp manet idem ⁊ ineternum equalis. Secūdo qa augimentū illud nō prodesset. nam si anime vel damnati in corporibus cremarent ⁊ alterarent modo naturali. maior ignis magis alteraret. ⁊ tamē nō est in eis naturalis mutatio. neqz cale facio: qa anima nō potest pati naturaliter ab igne. ⁊ corpora si sibi naturaliter paterent resoluerent ⁊ incinerarentur ꝙ non fit. ideo non crescit vis ignis aduenīēte aliquo. ⁊ si crescret nō lederet. Tertio qa nō videtur ꝙ deberet crescere intensiue si crescret adueniente damnato: sed extensiue. i. ꝙ extenderetur ignis ad maiora spacia vt nō deesset locus in quo nouus damnatus cremaret. sed neqz istud est necessarium: qa sine aduentu cremēti ignis poterunt quotquot damnati fuerint cremari. ⁊ tamē si fiat crementū extensiue nō affligerent ex hoc alij damnati. Quarto qa si aucto igne ꝓpter aduentum noui damnati crescerēt tormenta aliorum non daret deꝰ penas iurta mensuras peccatorum. nam a principio dedit deus cuilibet damnato tantū quantum peccatis suis debetur: si autem postea crescit pena ab igne per aduentū cuiuslibet dānati augebitur pena cuiuslibet sine demerito qō est iniustū. et in hoc tanto magis aliqs grauaretur quanto prius damnaretur: qa ex damnatione omniū aliorum crescret ei. ⁊ hoc absurdū est. Quinto qz hoc teneret dato ꝙ ille ignis tantam penam inferret cuilibet quantam ꝑm sui ipsius conditionem inferre posset etiam si non inferret eam īmutando naturaliter: ⁊ tamen falsum est: quia tunc cum ignis inferni vnus numero sit: torquerentur equaliter omnes qui ibi essent. sed falsuz est. quia tam ibi q̄ꝫ in purgatorio sunt inequales pene in eodem igne ꝑut demerita alicuius magna vel parua sunt. ideo si ignis inferni in vigorem crescret in infinitū non augeretur pena alicuius ibi existentis. sed quilibet puniretur tantum ꝙn tum deus illi taxauit a principio damnationis sue de acerbitate pene pro peccatis. non est ergo verum ꝙ crescat pena damnatorum hoc modo ex aduentu damnationis alicuius aucto igne. ¶ Tertij dicunt ꝙ hoc fiat ex compressione damnatoꝝ
Q°304 inter se. Nam concauitas illa receptaculi gehēne non est magna ⁊ in ea recipientur multi damnati ⁊ comprimēt se ex hoc vt vix sit ponere digitum inter vnum ⁊ alterū: sicut sancti doctores tradunt. ⁊ illa compressio est pena ⁊ necesse est ꝙ tanto maior sit quāto plures damnati aduenerint. ¶ Sed dicendū ꝙ non stat. Primo quia tunc esset ista pena solum post iudicium. nunc vero non: qa non sunt in gehenna nisi spiritus nostri ⁊ demones in corpore qui nichil occupant. iō non possunt se comprimere. Secundo qa tunc demones non acciperent maiorem penam per aduentū damnatoꝝ: sed soli homines: qa demones etiam post iudiciū non poterunt comprimi: qa erunt semper in corpore. Tertio qa licet aliqui asserant tantā compressionē futurā in corporibus non constat. qa forte locus ille plures capiet. Nā manebunt tunc loca purgatorij: ⁊ limbi sanctorum vacua ad que se poterit extendere ignis ille ⁊ cruciabuntur ibi. eritqz tota illa capacitas gehenna. ⁊ ita non se cōpriment vel erunt forte per modū penetrationis dimensionū ⁊ poterunt esse multi simul. ideo non apparet ex hoc penā futuram. Quarto qa dato ꝙ ista compassio penā faceret nō fieret ex aduentu cuiuslibet dānati. Nam si apud inferos pauci essent non comprimerēt. ⁊ sic non sequerēt ista pena. ideo non sequeret per se pena vni damnato ex aduentu alterius: sed p accidens. s. quando tot essent damnati: vt non caperent in gehenna nisi se comprimēdo. ⁊ tamē ex quolibet damnato dicimus alteri damnato crescere penam. ergo non est iste modus Quinto quia si per istū modum adderet pena damnatis posset ista pena esse tam grauis ꝙ excederet demerita damnatoꝝ deus autem dat cuilibet damnato penam: quantū meret absolute pro peccato suo. Si ergo dānati alij aduenīētes postea per compassionē augerent penam istam daret deus directe dānatis maiorem penam q̄ꝫ meruerint. quod est inconueniens. Quartus ergo modus est verus. s. ꝙ damnato cuilibet augeatur pena ex aduētu cuiuslibet damnati. ⁊ hoc fit per solaz considerationē: quia sicut consideratio rerū bonarum ⁊ pulcrarum facit naturaliter delectationem in considerante ita et visio vel ꝯsideratio rerum tristium: ⁊ malarum infert penaz sed damnati apud inferos cernunt mala sua. ideo de illis tristantur. ⁊ quāto mala fuerint maiora: tanto magis tristabunt sed quanto fuerint plures damnati plura mala fiūt. ergo magis tristabitur quilibet damnatus. Sed obijcietur ꝙ non affligant ista mala considerata: quia non sunt mala propria: sed aliorum quos nō diligunt ⁊ tamē malū nō affligit nisi iniustum ꝓprium est. ¶ Dicendū ꝙ preter mala propria necesse est: vt etiam damnati tristentur de malis alienis. non inquantum aliena sunt. sed inquantū mala sunt. Est enim naturaliter ꝙ omne bonum ⁊ pulchrū quod videtur delectet videntem etiam si non sit proprium: sed solum inquantū videtur ⁊ hoc si videns sit aptus recipere delectationē. ⁊ omne malū visum vel consideratum affligat videntē vel considerantē si afflictionem vel tristiciā pati potest. De bono patet quia quantūcunqz aliquid pulchrum ⁊ bonū sit alienū ⁊ sciamus ad nos non peruenturam illius possessionem aut fruitionez gaudemus videndo ⁊ considerando. qui autē dominus rei est vel ad quē pertinet gaudet dupliciter videndo vel cogitādo. Primo qa per cogitationem aut visionem cognoscit illam rem perficientem sibi accedere ⁊ ex hoc bonum quoddam sibi ad esse et in hoc magnum gaudium est ⁊ in hoc participant secum illi qui vident rem pulchram et bonam que sua non est. Secundo gaudent inquantum res illa pulchra ⁊ bona in se existens naturaliter est perficiens sensum aut intellectū in modū obiecti de quo cogitat aut qō videt. ⁊ hec delectatio est aliq̄ licet minor ⁊ in hac cōmunicāt etiā illi q nō sunt dñi rerum ipsarū visarū vel cogitatarū. ⁊ est verum ꝙ gaudent de suo: qa licet res ipsa non sit sua: delectatio tamē quā res pulchra naturaliter causat inuidēte efficit ipsiⁿ videntis. ⁊ ideo de illo ⁊ scōm illud gaudet. De malo eodē mō ꝙntū ad tristiciā: qa malum naturaliter infert tristiciā visum vel cogitatū. si qs aūt illud sustineat dupliciter tristat de illo. Uno mō inq̄tum eius est ⁊ ipsum realiter torq̄t: etiam si se aduertere nolit. ⁊ ista afflictio est magna ꝑm quantitatem rei afflictiue. et in hac afflictione non participant illi quorum non est hoc malum. Secundo modo affligit malum inquantum visum vel cogitatum quia potentiam suscipientem offendit et affligitur suscipiendo. sicut si quis videt aliquem occidi vel penas pati etiam si sciat non peruenturas penas illas ad seipsuum dolet. et quanto fuerint pene vise maiores tanto magis affligitur. Ite mo-

dus scōus est apud inferos: nam preter hoc ꝙ quisq3 de malo suo affligit inquātū illō tollerat adhuc cognoscit mala aliorum. q2 quilibet damnat9 cognoscit tormenta omniū aliorum damnatorū: ⁊ oīa illa sunt malū quoddā. ideo etiā si ad se nullo modo pertineant qlibet tristabit videndo illa: ⁊ q2 quanto maiora fuerint vel plura sequtur tāto maior tristicia necesse est vt cū cuilibet damnato cōpetant noue pene ⁊ aliquid de malo preter malū aliorū ꝙ quilibet damnat9 cognoscens damnatiōnē noui damnati affligat de illo. ⁊ sic per aduetū dānati cuiuslibet crescunt pene alijs damnatis. Et dato ꝙ qs oderit alterum vel inuideat adhuc potest tristari de malo eius. nā quandō qs odit aliū si non inferunt mala illi quē odit manet odiuz Cū vero inferunt mala cū parua sint non saturat odiū. si aūt magna saturat ⁊ interduz tanta sunt vt hostis hosti condoleat sicut quādo qs habet magnā potentie hostē ⁊ deduxit euz ad magnas calamitates cōpatit ei ⁊ interdū lacrimat. sicut paulus roman9 consul cū cepisset hostē suū ⁊ romanoꝝ persarū regem calamitatib9 eius pias impedit lacrimas vt dicit boeti9 scō de ꝯsolatiōe prosa. 2. Sed nulla maior calamitas est ꝙ in inferno vbi est sūma miseria ⁊ non est spes de aliquo bono. ergo licet ꝙdiu viuim9 ⁊ possum9 esse felices oderūt nos qui damnati sunt apud inferos. postꝙ dānati fuerim9 q2 deducti sum9 ad extremā miseriā possunt cōpati nobis ⁊ cōdolere malis nostris: ⁊ sic augebit pena eorū ex compassione aliena vel ex eo saltē ꝙ cogitant mala q̄ alij patiunt. nō inquantū aliena sunt sed inquantū mala q̄dam sunt q̄ cogitata vel visa non possunt non inferre dolorē patienti aut pati potenti. Secūdo potest dici ꝙ q apud inferos sunt non oderūt nos q2 non nocuimus eis postꝙ sunt apud inferos sed inuident nobis: q2 nos sumus equales eis sm naturā: ⁊ sunt ipi perducti ad extremā miseriā. ideo nollent ꝙ nos essem9 superiores eis qō fieret si beatificaremur. ideo inuidēt nobis nebeatificemur: q2 p hoc vidētes se miores nobis tristarēt valde. ⁊ pter penā quā apō inferos sustinent esset eis grauis pena videre se miseros ⁊ non felices. ⁊ ideo ꝙdiu beati fuerim9 aut exteterim9 in potentia ad essendū felices inuidebunt nobis ⁊ cupient ꝙ nos damnemur. Cū vero dānati fuerim9 nō inuidebūt q2 no habent aliquid de quo inuideāt: nā sola miseria caret inuidia. Et ita cessante inuidia dolebunt de malis nostris quasi nunꝙ nobis inuidissent ⁊ potissime quātū ad dānationē eorū quos hic amabant. ⁊ apparet hoc magis quia damnati non inuident nobis quasi nobis malum directe velint quia hoc est odisse. sed inuident quia vellent ꝙ nos non essemus superiores eis. sumus tamen superiores ꝙdiu non sumus miseri. ideo ꝙdiu sic mā serimus inuidebunt nobis. cum vero effecti fuerimus miseri neq3 inuidebunt neq3 oderunt nos. Ideo habebunt se ad mala nostra ac si nunꝙ nos odissent neq3 nobis inuiderent. sed sic dolet quilibz de malo alterius etiam si nunꝙ agnoverit: quia malum cogitatum quandam tristiciaz ingerit. ergo damnatis acrescet tristicia de malo cuiuslibet damnati. Consideranduꝫ autē ꝙ illud malū cogitabunt ⁊ vidēbūt quadā intuitione intellect9 inquantū non cognoscent illō discursu quodam sed vt oblatū clare ⁊ non poterūt euitare cogitatiōnē illam aut visiōnē quia sic etiā propriā penam euitarent sz falsū est. cogit ergo deus illos intueri malū in quo sunt. ideo tam malum suū ꝙ aliorū mala cogitant q̄ presentia sunt ⁊ cogitando affliguntur. Et deus dat cuilibet tantū de pena quantuz meret. ⁊ illa est pena essentialis vt sicut dicimus ꝙ beatis respōdet quodā premiū essentiale. ita respondet damnatis quedam pena essentialis. accidit aūt beatis gaudiū ex bono aliorum. ita ⁊ damnatis accidit quedam pena ex aliorū afflictiōe ⁊ hoc non est iniustū q2 non infligit a deo sed quasi naturaliter sequitur. nam ex eo ꝙ vident mala quoꝝcūqz ⁊ maxima mala necesse est ꝙ tristent cū tristari possint. nam ⁊ beati vidētes penam damnatoruz tristarentur si capaces essent tristicie. sed beatitudo excludit ab eis omnem passionem ideo non tristantur: sed damnati tristari possunt. ideo non solum de suo quod eis impositum est. sed etiam de alieno ꝙ impositū non est tristantur ⁊ non fit eis iniustum. ¶ Queritur an anima separata per suam naturalem virtutem possit se mouere de loco ad locum. ¶ Dicendum ꝙ aīa separata habet virtutē naturalē qua se possit mouere de loco ad locū. ⁊ patet quia angeli possunt se mouere de loco ad locum cum vadan ⁊ veniāt ad nos ergo ⁊ anime que sunt similiter substantie separate poterunt seipsas mouere. Item presuponendum est ꝙ anima separata potest se mouere de loco ad locum. Quarto quia aliquando seipsam mouet. primum patet quia iuxta Aristotelem tertio phisico. motus est actus entis in potentia. sed anima separata diffinitiue existens in vno loco est in potentia ad existendum in alio. ergo potest moueri de loco ad locuz. Secundū patet quia animarum de corpore recedētium quedam exeūt in peccato mortali ⁊ transferuntur in infernum. alie exeunt in charitate ⁊ portantur in celum empirreum. alie ferentes secū aliquid purgabile portantur in purgatorium. ⁊ expleta purgatione transferuntur in empirreum. sed predicte translationes sunt motus seu per modum motus. ergo anime separate aliquando mouentur de loco ad locum. Tertium patet quia maius est mutare rem ad formam accidentalem ꝙ mouere eam de loco ad locum. sed anime separate possunt mouere se ipsas secundū formaz accidentalem: quia possunt seipsas mouere ad diuersas affectiones. ergo poterunt seipsas mouere de loco ad locum. Item cum anima separata habeat intellectum quo possit seipsam dirigere in motu secundum locum ⁊ liberam voluntatem qua potest motū imperare probabile videtur ꝙ a deo acceperit potentiam motiuam qua posset talem motum exequi. Quartum patet quia anime recedentes de corporibus nichil secum portantes purgabile sciunt ꝙ voluntas dei est ꝙ statim ad celum empirreum transferantur. cum ergo sciant se mouere ⁊ velint: quia valde locum illum appetunt probabile est ꝙ ad locum illum seipsas moueant: ⁊ ⁊ cuz hoc sciant ⁊ velint quia iusticie dei sunt obedientes anime que in charitate recedentes aliquid purgabile portant: videtur ꝙ statim se ad locum purgatorium transferant. Apparent etiam precedentia: quia anima adiuncta corpori infundit virtutem motiuam corpori ⁊ omnes vires organicas: ⁊ iste non manent in anima separata: quia requirunt organum ad actum suum ⁊ illa non habet organum. motiua tamen potentia qua anima seipsam moueat non indiget organo. ideo videtur ꝙ hec in anima maneat cum ⁊ anima vim motiuam organicam corpori influat. ¶ Queritur consequenter an anima separata per suam naturalem virtutem possit mouere aliquod corpus de loco ad locum manens separata? ¶ Dicendum videtur ꝙ anima separata possit mouere aliquod corpus de loco ad locum: quia est similitudo inter animam ⁊ angelum: quia vtrumqz est substantia separata: ⁊ tamen sicut angelus potest mouere seipsum: potest ⁊ anima mouere seipsam secundum locum vt ostensum est precedenti questione ergo sicut angelus potest mouere aliquod corpus secunduz locum poterit mouere illud anima secundum locuz. Secundo quia si deus alligaret supernaturaliter vnam paleam anime separate: ⁊ postea relinqueret eam sue naturali virtuti quereretur an anima posset illam paleam cum seipsa mouere. si dicatur ꝙ sic habetur propositum scilicet ꝙ anima separata possit mouere aliquod corpus. si dicatur ꝙ non sequitur inopinabile. scilicet ꝙ anima separata impediretur ab vna palea ne possit seipsam mouere. ergo debet dici ꝙ potest mouere aliquod corpus. ¶ Et ergo dicendum ꝙ anima separata potest mouere aliquod corpus secundum locum: nisi impediatur per aliquam superiorē potentiam. in anima enī separata, est virt9 mouendi sm locū: q2 seipsam mouet vt dictū est. illam etiam virtutem potest facere presentem alicui corpori: quia simul posset esse cum vno lapide vel cum alio corpore.

Q.° 305

Q.° 306

multa enim sunt corpora quorũ nullũ habet tantam virtutez in resistendo quantã habet aĩa in trahendo vel impellẽdo: qz vt quidam dicunt virtuosior est aĩa separata q̃ vnita corpori corruptibili Sapien. 9. c. corpus q̃ corrumpit̃ agrauat aĩaz z tamẽ vnita corpori corruptibili potest plus in trahendo corpus suũ vel impellendo q̃ illud in resistendo: qz alꝫ non moueret illud. cuz ergo ad hoc q̃ vna res moueat aliã sufficit ei q̃ in illa re sit virtus motiua fm locũ: z q̃ possit eã vnire rei mobili. z q̃ sit potens super eam. Sequit̃ q̃ anima separata potest per suam naturalẽ virtutẽ mouere aliquod corpus de loco ad locũ: z credunt aliqui q̃ interdũ moueat. sicrefert gre go. 4. li. dialo. q̃ germanus episcop⁹ capuanus inuenerit in balneis pascasiũ diachonẽ qui erat defunct⁹ obsequentẽ eis q̃ in balneo lauabant̃. Cuz ergo illa aĩa appareret in quodã corpore assumpto in quo videbat̃ z ministrabat z non erat forma illius corporis z illud tamẽ mouebat: videl̃ q̃ aĩa separata aliquãdo mouet corp⁹ scõm locũ. Dicendũ tamẽ q̃ anima separata licet potest mouere aliqua corpora potest tamẽ parua mouere. nullus enim corpus maius corpore suo mouere potest sub maiori gradu velocitatis q̃ possit mouere corpus suum. Et patet primo qz anima sicut z quodlibet habẽs vim motiuã mouet illã rem cui⁹ est minor resistentia q̃ sit potentia mouentis ad mouendũ. z quanta fuerit proportio victorie mouentis sup rem motã tanta erit velocitas in motu. Cũ ergo anima coniuncta z separata sit eadẽ aĩa numero. habet eandem potentiã z equalẽ motiuã. z ideo tantũ mouebit quãdo fuerit separata sicut quãdo fuerit coniuncta nisi in aliquo modo istorũ impediat̃ aliqualiter in opatiõe. Cũ ergo anima separata non acquirat vires post separationez: qz in seipsa nõ mutatur neq̃ proficit cũ sit ens spirituale. sequit̃ q̃ si potest maiora corpora mouere post separationẽ q̃ antea cum nõ habeat maiores vires nunc q̃ prius: q̃ fuerit impedita per coniunctionẽ ad corpus. Sed hoc est inconueniẽs qz cõiunctio ad corpus est magis naturalis aĩe q̃ separatio. cũ aĩa sit naturaliter forma corporis z pars speciei z non habeat in se perfectã rationẽ speciei. quod autẽ naturale est nõ impedit sed adiuuat ergo aĩa cõiuncta poterit mouere rem maioris resistentie q̃ separata. z ideo sequit̃ q̃ separata non poterit mouere aliqd quo sit maius q̃ corpus suuz. Secundo apparet qz aĩa in seipsa non mutat̃ per etatẽ homis. sic dicit̃ primo de aĩa. q̃ ad intellectũ non fit senũ sed ad id in quo est. i. ad corpus. z iõ vires ille que sunt aĩe solius non cõmunicate organis manẽt eẽ̃ les semper. Etiam vires q̃ cõmunicant̃ organis per influxuz aĩe inquãtũ manent fundamentaliter in anima sunt equales semper z non alterant̃ per etatẽ: sed solũ fit alteratio in viribꝰ prout sunt defluxe organis. qõ patet qz dicit Aristo. primo de aĩa q̃ si senex daret̃ oculus iuuenis videret vtiqz sicut iuuenis ergo minoratio visionis non fit nisi propter conditionẽ organi. ita z de potentia motiua erit qz illa nõ est minor radicalit̃ in anima senis q̃ iuuenis sz organa debilitant̃. sz aĩa separata a corpore non acquisiuit maiorẽ vim motiuã q̃ haberet cuz esset in homine primo morti. z tamẽ cũ in corpore essent vires semper equales aĩe non poterat tantũ mouere in senectute quantũ in iuuentute qz nõ habebat equalitatẽ bonitatis organi. sed separata a corpe nõ habebit organũ. ergo illã excellentiam mouendi quã habebat in corpe ex bonitate organi non habebit fortis. z sic non erit tã potẽs ad mouendũ quãdo fuerit separata sicut quãdo est cõiuncta. Et ita est dicendũ q̃ aĩa separata paruã virtutẽ mouendi corpa habet z parua corpa mouebit. Erunt enim oĩa illa minora q̃ corp⁹ cui ipsa nunc adiuncta est: qz illis corpib⁹ vnit̃ solũ vt motor. corpi autẽ suo vnit̃ tã vt forma q̃ vt motor. z ex eo q̃ vnit̃ ei vt forma captat̃ ei: ita vt possit efficatꝰ mouere q̃ si non vniret̃ vt forma nã sic habet cõuenientissima organa motus qbꝰ mouet in etate virili expedite. in senili aũt propter nõ esse talia organa mouet minꝰ efficaciter. licet teneat aĩa in seipsa equales vires. iõ cũ fuerit separata z nulla organa habuerit minꝰ efficatiter mouebit. est ergo parꝰ motor aĩa separata. Demon autẽ est efficax motor qz potest mouere magnas moles z edificia diruere z portare magna pondera volando. nã dicit̃ q̃ nõ est ptãs sub celo q̃ compareat̃ ei. Job. 41. z hoc fit qz demões excedũt aĩas nostras fm speciẽ. z iõ nullus demõ est q̃ non sit valde potentior ad mouendũ q̃ aĩa separata. maxime qz demones nõ sunt equales: qz non sunt eiusdẽ speciei. ¶ Querit̃ an anima egressa de corpore possit mouere corpus illõ z exercere opavite per illud vel ingredi illõ? Dicendũ q̃ aĩa egressa de corpore nõ mouet amplius corpus illõ in quo fuit vsqz ad resurrectionez. Et hoc primo qz nõ potest. nã est minꝰ apta ad mouendũ q̃ prius. qz prius habebat organa cõuenientia ad mouendũ. separata vero nulla organa habet. nã potest qdẽ intrare aĩa in corpꝰ illud de quo exiuit. sed etiã si in illõ intret non viuet corpus. qz prius erat aĩa vnita corpori formaliter: z ita dabat esse z viuere. postea vero nõ dabit esse neqz viuere qz non vnit̃ formaliter: qz defecerũt dispositiones illiꝰ vnionis. z ꝯsequẽter nõ poterit vniri nisi vt motor. z qz minores dispositiones habet ad mouendũ q̃ cũ est vnita formaliter anima minꝰ potenter mouebit. z iõ corpus illud qõ poterat mouere prius vnita formaliter non poterit postea mouere vnita solum vt motor. Secundo nõ mouet aĩa corpus suũ neqz ingredit̃ illud etiã si permitteret̃ qz non põt efficere opationes suas per quas se ostendat sicut prius faciebat. i. q̃ loquat̃ z videat z audiat nã de auditu visu z oĩbus sensationibꝰ manifestũ est q̃ non possunt fieri per aĩam illã in corpore suo priori: qz visio non fit sine potentia visiua. z auditio nõ fit sine potentia auditiua. sed cũ iste potentie sint organice corrupte fuerũt in seperatione aĩe a corpe. iõ impossibile est qõ p illud corpus fiat nunc visio aut aliqua sensatio. De locutiõe aũt z egressu vel ambulatione est aliud. nã ista possunt fieri in corpe defuncti z aptius possunt fieri p demonẽ q̃ p aĩam ipsaz illiꝰ corporis. z est facilius de ambulatiõe: qz ad hoc non requirit̃ aliqua vnio formalis neqz opatio scõm formã sed solũ opatio motiua ĩ qua applicet̃ mouẽs mobili: z quãto fuerit efficatior motor tanto erit motus vehementior z aptior: z qz demõ est potentior ad motũ q̃ aĩa: poterit ipse melius velotius z ĩpetuosius mouere corpus defuncti: q̃ aĩa ipsa q̃ non potest mouere iã corpus illud nisi multũ debiliter: z forte non poterit mouere illud ad modũ ambulatiõis sed solũ p quandã ꝯcussionẽ vel tremefactionẽ. De locutiõe etiã dõm q̃ fieri potest in corpore defuncti: quia ad hoc non requirit̃ aliqua operatio formalis sed motiua solũ. nã potentia locutiua non est aliqua potentia organica sicut auditiua vel visiua sed est virtus non organica que est in anima vel in spiritu quolibet. sed non potest habere opationẽ nisi p instrumẽtũ in quo formentur voces. in formatiõe autẽ requirit̃ qdam motꝰ localis debito mõ factus collidendo aerẽ ad instrumentũ. istam autẽ periciã collidendi ad formationẽ habet quicunqz spiritus tam humanus q̃ demonũ: z iõ inuento organo in quo fiat collisio debita fit vocũ formatio: sed corpꝰ humanũ defuncti retinet adhuc organa locutionis: ergo potest fieri locutio p illa organa. Sed an aĩa illius corporis hoc possit est dubiũ: qz forte non est tante virtutis in mouendo localiter illa organa ad formationẽ vocis. De demone aũt qui est in operatiõe motiua efficatior: clarũ est quod potest per illud corpus loqui. sed ad hoc requirunt̃ alique dispositiones. s. q̃ infundat̃ aqua calida corpori vel aliquis humor calidus z hoc vt sint organa tenera: qz in organis duris non poterit fieri locutio. z ideo malefici qui volunt per corpora mortua simulare operationes viuentiũ. aquam calidam vel sanguinẽ calidũ aut humorẽ aliquẽ infundunt in os z gutur cadaueris z ita faciunt sequi locutionem. Considerãdũ etiã q̃ hoc nõ potest fieri quocũqz tẽpore sz solũ duobꝰ vel tribꝰ diebꝰ. nã postea corrũpit̃ organũ in cadauere ita vt nõ possit fieri locutio vl̃q̃ iscũqz formatio vocũ p aĩaz vel de

Q.°.:07

mones quoscūqz, ideo cum non possint exerceri operatiōes viuentium per corpora talia non reintrant anime in talia corpora etiam si permitterentur. Tertio et precipue quia corpora illa putrefiunt et non possunt cōtineri per animā aut dentonem in dispositione naturali priori. nam q̄diu anima est vnita formaliter corpori vegetat illud et non cadit a naturali dispositione: ideo non fetet neqz soluitur. Cum ergo desinit vnita esse anima desinit corpus viuere. et ideo resoluitur et corrūpitur quia non vegetatur. talia autem corpora inutiliter mouerētur a demonibus vel animabus: quia per illa nichil possunt fingere aut simulare de viuente. ideo illa non mouent nisi interdum statim vt defuncta sunt scimus ea mutata esse localiter a demonibus et opera aliqua quasi vitalia exercuisse. Cū ergo anime sua corpora non possunt conuenienter mouere: a fortiori non poterunt mouere aliena: et ideo illa non tangūt Considerandum q̄ non separatur organuz aliquod cum anima: quia illa potentia motiua que erat organica non manet in anima separata: quia illa non erat anime sed compositi cuz esset in organo: sed manet potentia motiua radicaliter in anima per quam mouere potest cum fuerit separata. et verum est q̄ non mouet eodem modo anima separata sicut cōiuncta neqz per eandem potentiam numero, et tamen non tollitur quin moueat. et idem est de potentijs apprehensiuis. nam anima separata apprehendit omnia visibilia licet non audiat neqz videat. et ideo alio modo apprehendit q̄ nunc apprehendat p potentiam visiuam et auditiuam: quia est regula q̄ eundem actum quem exercet nunc anima separata: et eodem modo nō potest exercere anima coniuncta per organum. et econtrario eum quem exercet nunc coniuncta non potest exercere separata eo modo quo exercet illum coniuncta. et ita dum est coniuncta non mouet corpus suuz eo modo quo mouet illud dum est separata. Dum enim est actualiter forma corporis nō potest mouere corpus suum de loco ad locum totum simul. sed dum mouetur homo localiter vna pars mouetur alia quiescit: ita vt pars quiescens per virtutem anime moueat motam. non autem mouet sicut dum est separata: sed mouet totum corpus simul. sicut lapis mouetur totus simul. Et ista est differentia de re mota solum ad rem que se mouet: quia in re mota simpliciter non distinguitur mouens et motum. et iō totum mouetur. et consequenter mouetur simul et non precedit vna pars aliam. in re autē que se mouet distinguitur pars mouens et mota. et ideo non mouetur totum simul: sed distinguitur pars quiescens et mota et hoc voluit Aristote. 8. phi. q̄ omne se mouens resoluitur in duo quorū vnuz est mouēs
